INSCRIPTIONVM

HISPANIAE CHRISTIANARVM

SVPPLEMENTVM

EDIDIT

AEMILIVS HÜBNER

BEROLINI TYPIS ET IMPENSIS GEORGII REIMERI

MCM

PRAEFATIO

Post supplementa voluminis inscriptionum Hispaniae Latinarum aevi vetustioris edita annis MDCCCXCII et MDCCCXCVI[1]) diutius differre nolui quod dudum promisi, scilicet ut christianarum quoque certis de causis seorsum ab illis editarum iustum supplementum publici iuris facerem per hos XXVIII annos collectum[2]). Nam una fere cum inscriptionibus illis vetustioribus ab amicis, quos tot nanctus sum in Hispaniis tamque officiosos, etiam monumenta aetatis Visigoticae eorumque quae illam subsecuta sunt temporum continuo subministrabantur. Quodsi titulos temporum illorum recentiorum usque fere ad annum p. C. millesimum et quod paullum excedit in operis appendice comprehensus sum, quamquam ab ipsa antiquitate illi alieni sunt et ad mediam potius quam dicimus aetatem pertinent, eius rei causas olim exposui. Atque e iudiciis virorum doctorum publice et privatim prolatis, quae ad me pervenerunt frequentia, gratum id eis accidisse video. Unde etiam in hoc supplemento appendicem titulorum recentiorum auxi. Additamenta ad inscriptiones Hispaniae christianas non multa edidi aliquot annis postea ad calcem syllogae inscriptionum Britanniae christianarum[3]); ea suis locis in hoc supplemento repetivi emendatiora.

Iudices nancta est sylloge mea Hispana christianarum quantum scio quattuor tam doctos quam benevolos, Eugenium Bormann Germanum, collegam Vindobonensem et Corporis inscriptionum Latinarum voluminis XI editorem[4]), Edmundum Le Blant Francogallum, inter christianae antiquitatis cultores post Rossii mortem diu et natu maximum et auctoritate primarium[5]), quem diem nuper obiisse octogenarium dolemus, Iohannem Wordsworth Britannum, sedis episcopalis Salisburgensis decus et ornamentum[6]), Thomam Borrett Batavum[7]). Quae ad operam emendandam illustrandamque viri illi doctissimi adnotaverunt, eis grato animo usus sum; ut docent adnotationes suis locis infra propositae.

---

[1]) Supplementum maius prodiit anno illo Berolini apud Georgium Reimer (pp. LXI—CV, 51*—54*, 781—1224 cum tabulis geographicis II, fol.), minus apud eundem annos abhinc tres ex Ephemeridis epigraphicae vol. VIII p. 351—526 seorsum expressum (pp. 175, 8.).

[2]) Inscriptiones Hispaniae christianae prodierunt Berolini apud Georgium Reimer a. MDCCCLXXI (pp. XVI et 120 cum tabula geographica) 4.

[3]) Quae prodierunt Berolini a. MDCCCLXXVI (pp. XXIV et 102 cum tabulis geographicis duabus) 4.

[4]) In ephemeride theologa *Protestantische Kirchenzeitung* a. 1872 p. 33 s.

[5]) In actis Academiae Parisinae menstruis *Journal des Savants* a. 1872 p. 312 ss.

[6]) In ephemeride Britannica *the Academy* vol. III a. 1872 p. 156 ss.

[7]) In actis Academiae Amstelaedamensis *Verslagen en Mededeelingen, Afd. Letterkunde*, ser. II tom. II a. 1873 p. 258 ss.

Inter viros doctos Hispanos Aurelianus Fernandez Guerra academicus Matritensis, defunctus d. VII m. Septembris a. MDCCCXCIV — ut e viris duobus quibus hanc operam olim dedicavi alter tantum Eduardus Saavedra salvus superstes sit amicis et patriae — vitae suae laborem primarium esse voluerat opus grande de antiquitatibus patriae christianis, in quo non solum titulos inscriptos omnes, sed etiam artis monumenta ex aetate illa servata, sarcophagos praesertim operibus anaglyphis ornatos non paucos aliaque eius generis comprehenderat repraesentata artificiose et docte illustrata. Specimina tantum aliquot operis eius edere ei contigit, veluti commentarios de sarcophagis tribus in *Hellin* et *Layos* repertis, quos in sylloge splendida *Monumentos arquitectónicos de España* illustravit, et de quarto quodam Asturicensi, quem primus proposuit delineatum in altera sylloge Hispana *Museo Español de Antigüedades*. Praeterea scripta quaedam minora composuit de titulis Hispanis christianis, quae infra indicavi suis locis. Sed opus ipsum ineditum mansit; sumptus enim ad edendum necessarii, ut Guerra ipse mihi narravit, nimii erant quam quos aut academia historica Matritensis aut ex aerario publico ministri regii impendere possent. Quod maxime dolendum est; speramus tamen fore ut labor et industria annorum multorum non prorsus delitescant, sed ut Hispania aliquando illorum quoque monumentorum ita ut merentur edendorum curam et impensam praestare possit.

E viris aliarum gentium doctis unus Iohannes Ficker nostras, professor iam Argentoratensis, monumenta Hispaniae christianae vetusta indagare sibi proposuerat itineribus quibusdam susceptis et specimine uno alterove edito, neque vero adhuc opere aliquo magno complexus est. Enumeravit breviter sarcophagos Hispanos aliquot apud exteros ignotos[1]) ediditque titulos inscriptos in sarcophagis Caesaraugustano et Astigitano[2]). Sarcophagi autem illi christiani etiamsi inscriptionibus carent plerique, duobus exceptis, propter anaglypha, quibus ornati sunt, pertinent aliqua ratione ad monumenta in hoc meo volumine proposita. Unde enumerationem eorum brevem hic subiungo. Sunt autem hi, secundum ordinem geographicum huius voluminis compositi.

Sarcophagi christiani

1. Emeritensis, quem vidi insertum parieti domus Iohannis alicuius Cantos (*calle de Santa Olalla* n. 2); memoravit eum post me (*Antike Bildwerke in Madrid* cet. p. 327) Guerra (ad n. 6). Contra titulus Inscr. Hisp. christ. n. 23, chrismate inscriptus, potest quidem sarcophagi fuisse, sed potius mihi visus est aedificium aliquot ornavisse.

2. Augustobrigensis, in quo est Christus cum apostolis duodecim (infra n. 353).

3. Astigitanus exhibens sacrificium Abraham, Pastorem bonum, Daniel in lacu leonum (infra n. 370).

4. Tuccitanus (longus m. 2.14, altus 0.61, latus 0.66), saeculi puto quarti, septem Christi actiones repraesentans, resurrectionem Lazari, caeci sanationem, curationem mulieris, Petri abne-

[1]) In actis instituti archaeologici Germanici quod Romae est, *Mittheilungen des römischen archäologischen Instituts* vol. IV 1889 p. 77 s.

[2]) In libro suo *die altchristlichen Bildwerke im Museum des Laterans* (Lipsiae 1890 pp. 211 cum tabulis II et imaginibus quibusdam in textum insertis).

gationem, curationem paralytici, miraculum panis et piscium, nuptias Chanae. In operculo mutilo iuxta tabellam sine inscriptione, quam sustinent genii alati duo, a laeva sunt tres iuvenes in fornace Babylonica, a dextra Ionas e delphino surgens. Repperit nuper et edidit una cum titulo infra n. 371 Emmanuel Gomez Moreno Granatensis.

5. Asturicensis postea conversus in sepulcrum regis Adefonsi Magni, item saeculi quarti quintive. Exhibet resurrectionem Lazari, Petrum in vinculis, Mosen ad rupem Horeb, Adam et Evam, miraculum panis et piscium, assumptionem beatae Virginis. Memorant Ambrosius Morales in itinere (suo *viaje santo* p. 178 cum adnotationibus Henrici Florez) et in chronicis I f. 179 v. et Maurus Castella Ferrer *historia del Apostol Santiago* (1610) f. 481; ego *Antike Bildwerke* p. 343 n. 946. Editus est ab Aureliano Guerra et docte illustratus in *Museo Español de antigüedades* V 1875 p. 587 ss.

6. Virovescae (*Briviesca*) extare sarcophagum christianum similibus ut reliqui eius generis anaglyphis ornatum adnotat Guerra *Monumentos arquitectónicos de España* fasc. 61, neque vero descripsit accurate. Aliunde non novi.

7. Caesaraugustanus editus Inscr. Hisp. christ. n. 152; cf. infra additamenta ad conventum Caesaraugustanum (p. 72 supplementi huius).

8. Caesaraugustanus alter in eadem crypta sanctae Engratiae servatus. Repraesentantur Christus curans mulierem, virgo Maria inter Petrum et Paulum, Christus et Maria, assumptio beatae virginis adstantibus Paulo et Iohanne, Christus cum caeco, nuptiae in Chana, Christus praedicans. A latere dextro Adam et Eva, a laevo Christus cum Adam et Eva atque Noah (?) cernuntur. Videtur saeculi esse quarti. Descripsit Fr. Leo Benedictus Martón in libro *historia del real monasterio de Santa Engracia* (Caesaraugustae a. 1737) p. 59ss.

9. Toleti muro portae urbanae quae dicitur Solis inserta sunt fragmenta duo anaglyphi, quae Christum exhibent cum Petro apostolo. Ad sarcophagum pertinere saeculi fortasse quinti adnotavit Ioh. Ficker *Mittheilungen des römischen archäolog. Instituts* IV 1889 p. 78.

10. In *Layos* oppido a Toleto versus meridiem et orientem leugas duas repertus a. 1654, usque ad a. 1754 servatus in palatio dominorum villae, postea translatus Toletum, ubi extat insertus parieti sacristiae ecclesiae Sancti Dominici *el Real*, longus m. 1.82, altus 0.63, saeculi, ut Guerrae visus est, quarti. Repraesentata sunt resurrectio Lazari, sacrificium Abraham, miraculum panis et piscium, cena domini, Adam et Eva, adoratio magorum. Descripsi ego *Antike Bildwerke* cet. p. 342 n. 944, edidit Guerra in *el Arte en España* I 1862 p. 169 et in *Monumentos arquitectónicos de España* p. 2 cf. n. 11.

11. In eodem *Layos* oppido alter sarcophagus repertus a. 1627, servabatur ibi in aedibus comitum de Mora, postea devectus ad *Burguillos* oppidum, unde a. 1862 Guerra auctore trans-

latus est in aedes academiae historicae Matritensis, ubi extat in aula magna. Longus est m. 2.09, altus 0.58, latus 0.70. Repraesentantur resurrectio Lazari, Christus cum caeco, paralyticus sanatus, virgo Maria orans, nuptiae Chanae, sacrificium Abraham, Moses ad rupem Horeb. Edidit, postquam memoravit Petrus de Rojas comes de Mora *historia de Toledo* (Matriti 1654) p. 227 (inde ego *Antike Bildwerke* cet. p. 342 ad n. 944), Guerra in *Monumentos arquitectónicos de España* p. 2 cf. n. 11, qui putat saeculi esse quinti.

12. *Husillos* in regno Castellae veteris extabat sarcophagus in ecclesia, longus pedes Hispanos octo, altus $3^1/_2$, descriptus ab Ambrosio Morale in itinere suo (*viaje santo* p. 26), qui pugnam inter Curiatios et Horatios in eo repraesentatam esse putabat. Agnoscitur ex descriptione sacrificium Abraham.

13. Aurgitanus ex *Jaen* translatus Matritum in museum archaeologicum, in quo repraesentata sunt resurrectio Lazari, pastor cum pecoribus, Christus captivus et Petrus aurem Marci caedens; memoratur a. Joh. Ficker *röm. Mittheilungen* l. s. s. p. 78. Saeculi videtur esse quarti quintive.

14. Prope *Hellin* urbem a Murcia leugas $2^1/_2$ ad viam Romanam in colli *Telmo* repertus est a. 1834, qui iam servatur Matriti in aedibus academiae historicae, scalae muro insertus. Longus est m. 2.14, altus 0.57, latus 0.67; saeculi Guerrae visus est tertii, mihi potius quarti. Repraesentantur Moses ad rupem Horeb, Christus cum caeco, apostoli duo versus dextram conversi, Christus librum legis tenens, apostoli duo conversi versus laevam, baptisma Christi, sacrificium Abraham. Memoratur in actis academiae historicae Matritensis vol. VIII 1852 p. XXIV; edidit et descripsit Aurelianus Guerra in *Monumentos arquitectónicos de España* p. 2; v. I. H. Chr. p. 49 post n. 157.

15. Valentiae, repertus a. 1865 in castello *(en el parque de artilleria)*, servatus olim in coenobio S. Dominici, nunc in museo provinciali, longus m. 1.93, altus 0.57, latus 0.64 ex lapide albo, quem *buscarró* dicunt, in vicinia urbis reperto. Inter columnas duas ordinis Corinthii et strigas more solito curvatas chrisma ☧ est corona laurea cinctum et infra crux Latina, quam dicunt, ornata margaritis, in qua sedent columbae duae, in angulis duo sunt flores, adstant infra cerva et agnus. Noverat Guerra (cf. supra n. 6); descripserunt et illustrarunt Rochus Chabas, Franciscus Danvila, Iosephus Martinez Eloy in ephemeride *el Archivo* I 1886/87 p. 314. 323. 401. 409 II 1888 p. 129; imaginem lithographam satis accuratam, quam faciendam curaverunt viri docti *de la Comisión provincial de monumentos* eo quo inventus est sarcophagus anno, misit Ludovicus Tramoyeres Blasco Valentinus. Quaeritur sitne anaglyphum eiusdem atque sarcophagus aetatis. Is enim sine dubio vetustus est, i. e. saeculi sive IV sive V; anaglyphum diversum est ab eius aetatis operibus.

16. Tarraconensis muro ecclesiae cathedralis insertus supra portam dextram, eadem continens anaglypha, quae sunt in Gallico apud Le Blant (*les sarcophages chrétiens de la Gaule* p. 63) et in Lateranensi apud Raphaelem Garrucci (314,5). Memorat Ficker *Mittheilungen* l. s. s. p. 77 et *die altchristlichen Bildwerke des Laterans* p. 71.

17. Tarraconensis alter in museo cum inscriptione pagana C. II 4518 = S. 6075; indicat Ficker *Mittheilungen* l. s. s. p. 78. Saeculi est quarti.

18. Barcinonensis ex hospitio vetere *del Sable* translatus in museum, repraesentans captivitatem Petri, resurrectionem Lazari, sanationem caeci (*Bullettino del Instituto archeologico* a. 1860 p. 176, *Antike Bildwerke* cet. p. 282 n. 669), longus m. 2.11, altus 0.57, latus 0.55. Imago non satis accurata est in Antonii Elias de Molins *Catálogo del Museo provincial de antigüedades de Barcelona* (Barcinone 1888) p. 112 n. 871.

19. Gerundensis in ecclesia Sancti Felicis continens eius reliquias. Repraesentata sunt Moses ad rupem Horeb, Christus cum caeco, paralyticus sanatus, miraculum panis et piscium, resurrectio Lazari. Imago edita est, sed prave explicata a P. Iosepho La Canal *España sagrada* XLV 1832 p. 64. Memorat Guerra *Monumentos arquitectónicos de España* (supra n. 5), qui putat saeculi esse quarti.

20. In eadem ecclesia S. Felicis Gerundae alter sarcophagus est mulierem orantem habens in medio inter ornamenta strigilata, quae vocant, et pastorem bonum, memoratus a Fickero *Mittheilungen* l. s. s. p. 77, eiusdem fere ut n. 19 aetatis.

21. Emporitanus repertus a. 1846 in parietinis oppid , servatus in museo Gerundensi. Insunt Amores quattuor anni tempora repraesentantes et inter eos pastor bonus; in operculo vindemia vini et olearum. Memoratur a Ioachimo Botet y Siso *noticia histórica y arqueológica de Emporion* (Matriti 1879) p. 118 et a Fickero *Mittheilungen* l. s. s. Saeculi videtur quarti esse.

22. Fragmentum sarcophagi alterius Emporiis reperti, in quo intra coronam lauream leguntur A ☧ ω. E Ioachimi Botet y Siso libro supra indicato p. 122 Ficker *Mittheilungen* l. s. s. p. 77, saeculi eiusdem atque n. 21.

23. Saetabitanus extans ibi *(Játiva)* in ecclesia cathedrali; ectypum gypseum est Matriti in museo archaeologico. Longus est m. 1.45, latus 0.65, crassus 0.18. Descripsit Perez Bayér in itinere suo manu scripto; edidit unus Villanueva *viaje literario I* p. 4. Anaglyphum obscurum est neque simile eorum, quae in reliquis sarcophagis christianis cernuntur.

Ab Academia Parisiensi inscriptionum doctum aliquem iuvenem M. J. Letaille video adiutum esse, ut sarcophagos christianos Africae et Hispaniae colligeret et photographice exciperet[1]); neque vero quidquam eius operis adhuc quantum scio publici iuris factum est. Atque haec quidem de sarcophagis.

Inter monumenta epigraphica numero circiter CCXXXVI, quae hic aut primum omnino proponuntur aut ex umbra librorum et ephemeridum, quae paucorum in manus venire et a pauci- Carmina christiana

[1]) A. Heron de Villefosse *discours du 12. Nov. 1897* Parisiis 1897 4. p. 22.

oribus legi solent, iam in publicam lucem prodeunt, locum primarium occupant carmina epigraphica duodecim, quae e schedis vetustis primus edidit Iohannes Baptista de Rossi, antiquitatis christianae universae interpres clarus, quem post opera magna aut absoluta aut imperfecte relicta morte praematura his litteris ereptum lugemus. Anthologia Hispana vetusta quam vocavit, saeculo octavo scripta, saeculum unum tantum alterumve ab aetate titulorum ipsorum distat quos continet. Carmina vero illa insignia saeculorum quinti et sexti ignota manserant pleraque tam reliquarum nationum viris doctis, donec a Rossio oblivioni erepta sunt, quam Hispanis ipsis. Tam enim mature putanda sunt interiisse, ut aevo renascentium antiquitatis studiorum nullius eruditi oculos in se convertere potuissent. Quot eius generis monumenta ecclesias Hispanas olim illustraverint demonstrant cum exempla in sylloge mea antea proposita quam quae nova illis accesserunt in hoc supplemento; veluti fragmentum Salvaterranum (n. 355), carmen Hispalense (n. 363) et Tuccitanum (n. 371), fragmentum ex *la Puebla del Prior* (n. 452), epitaphium Lucenense (n. 455) et Iliberritanum (n. 456), fragmentum Malacitanum (n. 457). Buechelerus in Anthologiam suam carminum epigraphicorum ex inscriptionibus antea a me editis poemata recepit paene omnia, numero viginti; ex eis quae nunc eduntur tria (n. 386. 398 = 165. 413).

Anthologiam illam carminum veterum christianorum Hispanam, descriptam sibi e codice Parisino vetusto a Leopoldo Delisle viro clarissimo, qui archia publica Galliarum summa cum gloria regit, Rossius edidit integram[1]) atque de syllogis carminum christianorum omnibus egit plenissime in operis prooemio, ubi fundamenta iecit historiae studiorum epigraphicorum universae. Anthologia Hispana, servata in codice Parisino Latino n. 8093 saec. VIII (v. apud Rossium prooemii caput III § XXX), continet praeter epigrammata quaedam Martini Dumiensis a Sirmondo iam edita (infra n. 379), quae redeunt in aliis anthologiis, veluti in codicis Parisini Lat. n. 2832 saec. IX, de quo Rossius dixit alio operis sui loco (p. 262), epigrammata illa duodecim, 'excerpta', ut ipsius Rossii verbis utar, 'ex una vel pluribus syllogis epigraphicis in Hispania confici coeptis fortasse antequam haec anthologia saeculo octavo exarata est; plerique enim tituli monumentorum in eam recepti septimo et octavo saeculo antiquiores sunt'. Carmina si artem spectas sane laude vix digna sunt paucis exceptis, veluti n. 361. 389, monstrantque paene eundem formularum usum, quas Italiae et reliquarum provinciarum adhibere solebant vel poetae vel artifices quadratarii. Etenim Edmundus Le Blant in censura libri mei etiam illud observavit rectissime, titulos christianos Hispanos in universum non multum differre ab Italicis Gallicis Africanis reliquarumque provinciarum imperii Romani occidentalis. Scilicet testantur easdem ibi quoque in usu fuisse defunctorum designationes, dedicationis formulas, carminum initia et clausulas, abesse etiam ab eis vitae terrestris memoriam paucis exceptis. Ut appareat iure Orosium scripsisse verbis eloquentibus, ubique sibi patriam, ubique legem et religionem suam esse, in diversissimis imperii Romani provinciis ad Christianos et Romanos Romanum se et Christianum accedere, ubique inter Romanos Romanum, inter Christianos Christianum se esse (adv. paganos V 2, 1—6). Adnotavit idem Le Blant simillimas esse inscriptiones christianas Hispanas Gallicis, inprimis provinciae Narbonensis — scilicet quae aetate illa cum Hispania artis vinculis coniuncta erat — atque servavisse diutius etiam quam illas symbola et formulas vetustas, quae Romae et in Italia antea iam obsolevissent.

1) In sylloge sua inscriptionum christianarum urbis Romae vol. II parte priore, quae sola prodiit Romae a. MDCCCLXXXVIII (pp. LXIX et [illegible] fol.), p. 292 ss. Partem posteriorem perficere ei non contigit, sed a discipulis edetur.

Mirum contra est quod indicia, quibus a Catholicis Ariani, Priscillianistae aliique haeretici distingui possint, omnino desunt. Titulus enim Iliberritanus (n. 115) restitutus sub Reccaredo, primo Visigotorum rege, qui fidem Arianam reiecit, cum 'sancta tria tabernacula in gloriam trinitatis' aedificata memoret, fidem proprie catholicam testatur.

Aera Hispana

Unum tantum prorsus peculiare est in titulis Hispanicis, temporum notationes. De aerae Hispanae origine quam ego olim in suspenso relinquendam duxi quaestio interim denuo tractata est ab Iohanne Heller, iuvene studiis medii aevi historicis dedito, qui paullo postea diem obiit[1]). Statuit ille originem eius aerae repetendam esse a cyclo quodam paschali annorum nonaginta quinque, qui in annum a. Chr. trigesimum octavum incideret. Qui apud scriptores, veluti apud Prosperum, memorantur cycli incipiunt ab anno p. Chr. 46; cyclus igitur paene integer unus huic praecessit apud Hispanos. Annus autem tricesimus octavus propterea visus est electus esse, quia alius nullus extat propior ab eo anno, quo Christus natus est, simulque ita comparatus, ut principium cyclorum occidentalis orientalisque in eum quadret. Auctor vero computationis eius non sine acumine institutae ignoratur. Cum desint testimonia diserta, solutio quaestionis diu ac multum versatae ultra probabilitatem perduci nequit; sed est illa probabilitas magna solutioque haec prioribus omnibus praeferenda.

Nova lux quaestioni visa est affluxisse ex annorum indicationibus, quae titulis quibusdam Latinis aevi vetustioris in regionibus Hispaniae septentrionalibus, i. e. Asturiae et Cantabriae, adscriptae sunt[2]). Scilicet leguntur in titulis illis annorum indicationes hae:

[a]erae	CL	C. II 5729 = 2707
**anno*	CCLI	2833[3])
co(n)s(ulatu)	CCCXVI	5752
„	CCCXXIIX	2714 = 5732
„	CCCXXXIIX	2713
aera co(n)s(ulum)	CCCLXIII	5683
co(n)s(ulatu)	CCCC	2918
aera	CCCCLXXIV	5744
c(onsulatu)	CCCCXXCII	5738

Annus igitur antiquissimus in titulis hisce indicatus est CL . . . non plenus, propter auctoris tituli deperditi fidem non satis certam: recentissimus CCCCXXCII (= CCCCLXXXII). Tituli autem omnes propter sermonis formularumque indolem et propter litterarum formas tribuendi sunt necessario saeculis primo ad tertium aut quarto fortasse ineunti, recentiores vero nullo modo esse possunt. Apparet aeram quae a consulatu consulibusve computatur, cum de consulibus consulatuve alio atque populi Romani cogitari nequeat, repeti omnino non posse ab indigenis a Romanis in dicionem redactis. Cogitari igitur potest de initio dominationis Romanae in Hispania constitutae a Scipionibus saeculo u. c. sexto, a. Chr. n. tertio. Itaque si aera illa incipiebat ab anno 536 u. c. = 218 a. Chr., quo

---

1) In H. de Sybel annalibus historicis (*Historische Zeitschrift*) vol. XXXI 1874 p. 31 ss.

2) Composui eas in indice voluminis II Corporis inscriptionum Latinarum in Supplemento eius edito (p. 1112). Retractavit quaestionem Mommsenus in annalibus *Neues Archiv für ältere deutsche Geschichtskunde* XVIII 1895 p. 271 s.

3) Titulus hic quamvis non ad ipsam Cantabriam pertinet, sed ad regionem provinciae Tarraconensis vicinam, tamen eandem aperte computationem videtur sequi, dummodo recte descriptus est; sed interiit fideque non nimis certa stat unius descriptoris.

anno Scipiones primum in Hispaniam venerunt, annus qui certo traditur antiquissimus

316 incideret in a. 852 u. c. = 99 p. Chr.,

novissimus autem

482 in a. 1018 u. c. = 265 p. Chr.

Provinciam vero Romanam constitutam esse probabile est anno demum 548 u. c. = 206 a. Chr. (v. C. II S. p. LXXXV). Hunc annum si aerae initium fuisse ponimus, annus antiquissimus

316 incideret in a. 864 u. c. = 111 p. Chr.,

novissimus autem

482 in a. 1030 u. c. = 277 p. Chr.

Neque video quid obstet quo minus statuamus hanc fuisse aerae computationem nisi illud, quod Asturia et Cantabria ab Augusto annis demum 728/729 u. c. = 26/25 a. Chr. in provinciae formulam redactae sunt. Id vero aerae initium fuisse nullo modo potest: nam incideret

aera 316 in annum 1044 u. c. = 291 p. Chr.,

aera 482 in annum 1210 u. c. = 457 p. Chr.,

quae aetas a titulorum illorum indole universa prorsus abhorret. Sin vero sequimur opinionem, quam Mommsenus proposuit, scilicet aeram incipere ab eo anno, quo D. Iunius Brutus Lusitaniae et Hispaniae regiones septentrionales subegit, 616 u. c. = 138 p. Chr., incideret

aera 316 in annum 932 u. c. = 179 p. Chr.,

aera 482 in annum 1098 u. c. = 345 p. Chr.

Sed etiam hac ratione titulus novissimus a. 482 (n. 5738) reicitur in aetatem nimis recentem; certum enim est non recentiorem eum saeculo esse secundo tertiove. Accedit quod Brutus Lusitaniam et Callaeciam subegit, non Asturiam et Cantabriam, quas Augustus demum vicit vasto terrarum spatio ab illis remotas. In Lusitania vero et Callaecia aerae illius testimonia nulla unquam reperta sunt, in Asturia et Cantabria omnia. Multo etiam minus cogitari potest de aera Hispana aliunde nota, quae incipit ab anno 38 ante Chr. n.; id quod Guerra fecit. Nam tum incideret annus titulorum illorum antiquissimus

316 in annum 1107 u. c. = 354 p. Chr.,

482 in annum 1273 u. c. = 519 p. Chr.:

quam aetatem tituli illi omnino excludunt.

Itaque rationibus omnibus denuo perpensis atque examinatis id tantum aliqua cum probabilitate potest conici, Asturiam et Cantabriam, postquam ab Augusto subactae sunt, adoptavisse aeram aliquam provinciae universae, incipientem illam ab anno 548 u. c. = 206 a. Chr., cuius tamen usus nescio qua causa regionem totius provinciae maxime septentrionalem non excessit. Quodsi ita iudicamus, tituli illi novem supra scripti cadunt inter annos p. Chr. 111 et 277; id quod cum eorum indole prorsus convenit. De aerae vero Hispanae origine, quae ab anno 38 a. Chr. incipit, nihil inde discitur.

Aerae autem vocabulum, si tam antiquiorem illam quam hanc recentiorem aetatem designabat, non posse originis esse Germanicae, ut fuerunt qui crediderint, iam extra omnem dubitationem positum est. Neque maiore cum probabilitate ad Ibericam originem revocabitur; non facile enim in titulis Latine scriptis consulum Romanorum annos vocabulo peregrino indicari credemus. Contra aerae vocabulum a stipendiis translatum esse ad annorum designationem,

converso numero plurali *aera* in *aera* feminini generis singularem, rustica sane et semibarbara consuetudine, quam tamen excusabimus in regione potissimum ea, unde milites plurimi per dilectus annuos in exercitum Romanum intrabant, ut Hellero olim ita mihi semper visum est plurimos in se habere probabilitatis calculos.

Inter annorum notationes etiam indictiones interdum adhibitae sunt in titulis Hispanis; ut habet breviarium Alarici ad a. 507: *ab hoc consule qui vult per indictionem computet vel per aerum* [corrige *aeram*]. Scilicet Graeci homines, ut recte observavit Le Blant, Graeca usi sunt computatione etiam extra Graecae linguae fines, ut Comenciolus patricius in titulo portae urbis Carthaginis novae (n. 176 = C. II 3420), et Graecus aliquis Carteiae defunctus (n. 289). Collegit exempla eius usus P. Fidelis Fita in commentatione *indicciones griegas en lápidas visigóticas* (*Boletin de la Academia* XXI 1892 p. 5—19) atque composuit quae inde visa sunt redundare ad annos regum Visigotorum a Teudi ad Reccaredum accuratius definiendos.

De nominibus originis Germanicae, quae tituli Hispani a me editi continent, egit Ernestus Foerstemann[1]). Nova quaedam in hoc supplemento acesserunt iam notis. Quae ad formulas, carmina, signa et symbola, ad linguae et scripturae formas varias accuratius cognoscendas accedunt e titulis novis ad ea, quae de rebus illis complexus sum in praefatione voluminis prioris, nolui iterum hic persequi. Facile enim iam nota augeri, nova non pauca accedere observabunt periti. Omnia ea coniuncta exhibent indices novi huic supplemento adiuncti. Nomina Visigotica

Ad aetatis Visigoticae historiam admodum obscuram accuratius noscendam quam maxime nummi faciunt aurei sive trientes solidorum a regibus Visigoticis cusi. Post Henrici Florez operam in nummis illis explicandis collocatam, praeclaram illam ut omnia quae commentus est homo rara ingenii dote praeditus, insertam tertio de nummis Hispanis volumini post scriptoris mortem demum edito (Matriti a. MDCCLXXIII), composuit eos Aloysius Heiss Belga[2]). Atque sane meritus est Heissius de nummorum illorum cognitione inter viros doctos aliarum nationum latius propaganda, cum lingua uteretur in libro suo Francogallica nummosque illustraret tabulis opera artificum Francogallorum sollerter et fideliter delineatis. Sed in explicationibus inscriptionum, quae in nummis sunt, atque eis praesertim, quae oppidorum nomina continent, desideratur doctrina solida et iudicium cautum, quae non minus desiderari in opere eius maiore de nummis Hispaniae antiquis exposui alio loco[3]). Post eius librum editum nummi aliquot novi accesserunt editi eis locis, quos indicavi in Monumentis linguae Ibericae (p. 212). Sed longe illa numero et pretio superantur thesauro nummorum Visigoticorum circiter mille, qui prope Carmonem detectus est a. 1891 descriptusque in libello Emmanuelis Fernandez y Lopez[4]). Didicimus e nummis istis nomina regum duorum adhuc inaudita Jajitae et Judilae, item locorum, ubi nummi cusi sunt, complura nondum in nummis illis observata et partim prorsus nova. Accessit paullo postea cura Arthuri Engel numismatici Parisiensis rex Suniefredus[5]), non componendus ille cum Cuniefredo quodam spathario aliunde noto; nomina enim haec duo prorsus Nummi Visigotici

[1]) *Altdeutsche Namen aus Spanien* in Adalberti Kuhn *Zeitschrift für vergleichende Sprachforschung* vol. XX 1872 p. 433 ss.

[2]) In libro splendido *les Monnaies des Rois Wisigoths*, Parisiis a. 1872 fol.

[3]) Monumenta linguae Ibericae p. XIV.

[4]) *El tesoro visigotico de la Capilla*, Hispali a. 1895; de quo dixi in ephemeride Germanica *Deutsche Litteraturzeitung* a. 1897 p. 498 et in Hispanica *Revista critica* a Raphaele Altamira edita vol. II 1897 p. 93—97.

[5]) *Gazette numismatique* 1898 p. 125 ss. cf. G. Cirot *Revue des études anciennes* I 1899 p. 168 et *Bulletin hispanique* I 1899 p. 41 ss.; R. Mowat *Revue numismatique* 1899 p. 102 s.

diversa sunt. Siquis igitur post Felicis Dahn operam ante hos viginti septem annos editam de regibus Germanorum[1]), doctam sane et laboriosam, denuo inquirere volet in tempora illa, inveniet in titulis nummisque quae cognitionem non mediocriter augeant.

Non puto hoc supplementum inscriptionum christianarum ultimum esse; imo spero qui post me venient fore ut multa reperiant addenda et emendanda. Nam non pauca adhuc latere eius aevi monumenta in oppidis ecclesiis coenobiis praesertim earum in paeninsula regionum, quae sitae sunt versus occidentem et septentriones, habeo persuasissimum. Illae enim regiones fidem christianam post Arabum invasionem servaverunt intactam.

E reliquis imperii Romani regionibus testimonia quae antiquitates Hispaniae christianas illustrarent pauca accesserunt vel nulla; nisi me quaedam fugerunt quamvis sollerter talia circumspicientem in libris et ephemeridibus. Unum hoc enotavi. Clusii in basilica S. Secundiani repertum est epitaphium acrostichon episcopi alicuius — initia versuum priorum, qui nomen exhibebant, interierunt — saeculi octavi, qui obiit (v. 16)

veniens ab Hispaniis Isma[elit]ar(um) clade sublatus[2]).

Tituli falsi

Sed etiam falsis suspectisve tituli accesserunt duo pretii nullius (n. 105* 106*), qui damnum inferre studiis antiquitatis christianae non possunt. Damnum vere inferre non desierunt in libris in Hispania et extra eam editis tituli, quos de persecutionibus Neronis et Diocletiani testimonia proferre voluerunt qui eos finxerunt saeculo XV exeunte vel ineunte XVI, dudum explosi et a me inter falsos voluminis maioris collocati (CII n. 231* 233* 234*). Quod in Cyriaci Michaelis Vigil libro de Asturia alioquin utilissimo (v. infra p. 112) eius generis titulus aliquis (n. 278* *c* syllogae meae prioris) sine suspicione repetitur (p. 201 libri eius), non mirabimur; mirabimur eundem protrahi ex angulo illo obscuro in lucem censurae criticae libri eius sine ulla suspicione a censore doctissimo[3]). Testem eius rei habeo praeterea Edmundum Le Blant[4]) ipseque non raro expertus sum idem, dum oppidorum provinciarumque Hispanaram historias perlustro quotannis fere edi solitas. Conscriptae sunt plerumque ab hominibus parum doctis, qui dum studium laudabile in historiam patriam illustrandam convertunt, propter doctrinae et librorum inopiam in gravissimos errores incurrunt. Exposui haec et similia saepe libros eius generis diiudicans in ephemeridibus criticis Germanicis, nuper etiam in Hispanis[5]). Ceterum huius quoque generis libri in Hispania et Portugallia, ut in aliis regionibus, paulatim aliquanto emendatiores evadunt.

Auctores

Studia mea in titulos Hispaniae christianos conversa adiuverunt amici fere eidem, fidei et diligentiae spectatae omnes, quorum nomina in praefationibus ad supplementa inscriptionum reliquarum Hispaniae et Portugalliae consignavi cum debita gratiarum actione. Inprimis laudandi sunt Berlanga Malacitanus, Fita Matritensis, Leite de Vasconcellos Olisiponensis; quorum hic

[1]) Pars V *die politische Geschichte der Westgothen.* Würzburg a. 1870.

[2]) Editum est epitaphium in annalibus Italicis *Notizie degli scavi* cet. a. 1888 p. 187; inde repetivit Buecheler carmina epigraphica n. 797.

[3]) In ephemeride *Berliner philologische Wochenschrift* IX 1889 p. 781 ss.

[4]) In censura libri mei supra indicata p. 333.

[5]) *Revista critica de historia y literatura españolas* 1895 p 161 et *Revista critica de historia y literatura españolas, portuguezas é hispano-americanas* I 1896 p. 101 ss. 367 ss. II 1897 p. 137 ss.

Lusitaniae et Callaeciae, ille totius Hispaniae, Berlanga Baeticae titulos subministravit. Exempla titulorum nonnulla debeo Iohanni Ficker theologo, de quo supra iam dixi, sumpta illa summa cum cura et peritia in itinere quod per Hispaniam fecit a. MDCCCLXXXI. In Baeticae titulis legendis et explicandis praeterea me adiuvit observationibus doctis et ingeniosis Emmanuel Gomez Moreno Granatensis, iuvenis optimae spei, qui titulos musei Granatensis locorumque aliquot vicinorum accuratissime mihi descripsit. Musei Matritensis et titulos et ectypa gypsea mea causa denuo inspexit Iosephus Raimundus Mélida, cuius officia indefessa numquam non expertus sum. Extremadurae Hispanae titulos, inprimis Emeritenses, indagavit sollerter et descripsit perite Marchio de Monsalud, iuvenis doctus, qui raro exemplo eoque magis laudabili operam et impensam in monumenta antiquitatis Romanae et Visigoticae colligenda et edenda convertit. Musei Hispalensis monumenta, quae curat, Emmanuel de Campos y Munilla mihi transmisit descripta et chartis expressa. Asturiae titulos, quamvis recentioris aetatis, sed nihilo minus gravissimos et rerum hominumque illustrium memoriis plenos, collegit et edidit magna cum cura Cyriacus Michael Vigil Ovetensis, de cuius meritis alio loco verba feci[1]. Ex omnibus fere Hispaniae et Lusitaniae regionibus nonnulla mihi subministravit Edwardi Spencer Dodgson peregrinatoris indefessi curiosa diligentia; nam quod Britannus hic doctus Vasconum potissimum linguae illustrandae operam dat, nunquam impediebat quominus amicorum desideriis obtemperaret in cuiusvis generis monumentis antiquis indagandis. Nomina reliquorum virorum doctorum, qui sciscitanti mihi operam praestiterunt benevolam et bonae frugis plenam, hic non enumero singillatim neque vero omisi suis locis memorare.

Non utiles tantum ad aetatem inscriptionum saepe incertam ex litterarum formis accuratius definiendam, sed plane necessariae ad textum non raro obscurum fideliter repraesentandum imagines sunt, non delineatae lignoque incisae, qualibus in priore volumine uti necesse erat, sed arte photographica expressae, quales nunc iam exiguntur ubique et paene nulla difficultate multiplicantur. Ut ectypa et imagines photographicas quae ad eius generis tabulas faciendas necessariae sunt, mihi compararem, laborem impendi diuturnum et saepe taediosum. Sed adiutus sedulitate amicorum eorum, quos supra iam laudavi, aliquanto plus quam dimidiam partem inscriptionum quas hic edo novarum — i. e. ex CCXXXVI numero, ut supra dixi, CXXX — ita repraesentari licuit, ut exigunt litterarum formae plerumque admodum singulares, scripturae dispositio, ornamenta adiecta. Verum est ex imaginibus illis XIV tantum desumptas esse arte photographica e lapidibus ipsis; LXII eadem arte photographica exprimunt non lapides, sed ectypa chartacea; LIV similiter repetunt imagines delineationesve ab aliis scriptoribus antea propositas. Atque imagines photographae ex ectypis chartaceis sumptae illud sane incommodi habent, quod superficiem non lapidis sed chartae exhibent cum rugis suis et cum lineis, quae in plicandis chartis oriuntur; unde non tam lectio impeditur quam universa lapidis imago mutatur. Sed tamen toleranda visa sunt haec incommoda et praeferendae imagines imperfectae delineationibus eius generis, quales in priore volumine exhibentur. Nullo enim delineatoris artificio, quod saepe fallit, interposito ipsas litterarum formas repraesentant, quales in lapidibus extant. Imagines

Tabulam geographicam novam huic supplemento addere non est visum necessarium

[1] In Supplemento C. I. L. vol. II p. 219.

esse. Nam quamquam accesserunt loca quaedam in tabula geographica voluminis vetusti nondum notata, praesertim in Asturia, tamen, si in eiusdem magnitudinis tabula inscriberentur, modulam illa voluminis huius excederent; neque multum addunt ad regiones eas illustrandas, unde tituli novi prodierunt.

Ceterum supplementum hoc non aliter atque volumen prius, quod eandem materiam tractat, publico sumptu nullo a me confectum est mea tantum opera privata privatis amicorum auxiliis adiuta. Sed Academia regia scientiarum Berolinensis redemptori honestissimo impensam restituit, quam confectio imaginum photographarum exigebat in officina Berolinensi dominorum Meisenbach, Riffarth et Co. sollerter absoluta.

Berolini mense Martio a. MCM.

CONSPECTVS

pag.

AVCTARII SVPPLEMENTVM

531 (inserenda ante n. 381) *Vivero*, quod est Callaeciae oppidum non procul ab *Ortigueira* situm in ora maritima prope *Vares* promunturium, lapis parvus in abside aediculae in latere septentrionali ecclesiae S. Petri. Litterae videntur esse saec. X vel XI.



† OB HONOREM SCT ·
PETRE APOSTOLVS
PELAGIVS PRSB A
RESTAVRAVIT ΓΓΙ
ISTA VIR PRAEST E /. /

aera 1000
p. C. 962?

Eduardus S. Dodgson descripsit a. 1897; imaginem photographam misit Fridericus G. Maciñeira Ortigeriensis sumptam m. Februario a. MCM.

V. 3 extr. post *presbiter* clare legitur nexus A et X litterarum, qui quid significet ignoro; nisi est *abbas*.
4 RVS SACRAVI Dodgson dubitans; sed RESTAVRAVIT perspicuum est. in fine EEL . . . litterarum vestigia aegre distinguo.
5 8T8IR PRAESI † G Dodgson; sed ISTAVIR PRAESI perspiciuntur, reliqua incerta sunt. In fine aeram fuisse indicatam probabile est, sed utrum ꟼ̄ an ◯ millesimam indicaverit non liquet.

ob honorem S(an)ct(i) | Petre apostolus | Pelagius pr(e)sb(iter) a(bbas?) restauravit
ecl[es(ia)] ista vir praest(ans?) [e(ra) [m(illesima)?]

532 Emeritae, rep. a. 1900 in statione viae ferreae, fragmentum altum m. 0.25, latum 0.15, litteris elegantibus saeculi puto VI, intra sertum, altis m. 0.03.

satu ꝛNINVS . . . .
f AMVLVS *dei*
*vix*IT ANN̄ . . . . .

Descripsi ex ectypo misso a Marchione de Monsalud, qui ed. *bol. de la Acad.* XXXVI 1900 p. 518.
V. 3 *an(nos) n(umero?)* . . . . .

533 Ad n. 96 Dum indices conficiuntur observavi eandem esse atque n. 335; Ursoni igitur tribuenda est. Qui anno 1802 descripsit, vidit integriorem; nam v. 2 extremum plenum descripsit, omissis versus 1 vestigiis quae supersunt. Deinde habet in fine versus duos, qui iam non extant. Praeterea textus multo facilius tum legebatur, ut docent vestigia evanida quae hodie dispicimus. Unde reicetis eis quae ad n. 335 proposui iam sic puto legendam Rosam secutus:

. . . . . *pars* . . . . *catus ut p(ro) tuo p(ro)mis [sis]so et subiebamine mereamur | ingredi paradisi ianue; recessit | autem *Quistricia in pace die Martis | quod fuit id(us) Feb(ruari)as era DCCXVI, | q[u]em pos(tea)? nomine Chr(ist)i *Adotius vir su(u)s | sepelivit eam in quo tumulo requievit? in pace |; vix quattuor-* [*decim*, an *denos?*] *conplevit a|nos, sepulta est tumulo; hamen*

Incerta manent initium, nomina Quistriciae et Adotii, initium versus septimi, pars prior versus octavi cum *requievit* vocabulo, quod aegre distinguo; reliqua intelleguntur.

533a (= C. II 5393) Hispali, olim apud Franciscum M. Gago, iam in museo municipali, sed fortasse Emeritae reperta; tabula marmorea alta m. 0.37, lata 0.42, litteris altis m. 0.05 ad 0.03, saeculi puto VI.

MEMORIA
FVNDANIANES
QVEM FECET PA
TER ET MATER ET
LEVCADIVS M RITV *sic*
VIXSIT AN XX

Descripsi ex ectypo misso a Marchione de Monsalud. Olim edidi exemplum Iohannis Ficker secutus, optimum, sed unde litterarum formae singulares non tam clare apparebant, quales nunc discerno, F potissimum et Q. Cum desint signa christiana nominaque Fundanianae — nisi errore scriptum est pro Fundaniae — et Leucadii non sint necessario pro christianis habenda, rettuli inter inscriptiones paganas, licet infimae aetatis, propter rusticitatem (*quem fecet*). Sed tamen nunc puto tribuendam esse saeculo sexto; signa christiana fortasse alibi in sepulcro adscripta erant.

---

534 Emeritae, tabula marmorea in domo *calle de San Salvador n. 2 y 4*, quae est Ferdinandi Perez de la Cruz, alta m. 0.25, lata 0.40. Dicitur integra esse.

A | ω

CCCCXXXI

Ectypum misit Marchio de Monsalud, in quo paene nihil distinguo; ille ed. *Bol. de la Acad.* XXXVI 1900 p. 518.
Aeram indicari putat editor; aera 426, p. C. 388, antiquissimam hanc inscriptionem esse testaretur christianarum omnium quae adhuc repertae sunt in Hispania. De quo dubito.

---

535 *La Puebla del Prior, al NO de Villafranca de los Barros*, tabulae mormoreae duae, altae m. 0.30, longae 0.65, litteris altis m. 0.10, cum ligaturis multis. Litterae dicuntur esse saeculi XIII.

MORTE OPVS HOC CESSAT PORTE DVRA DIRAQVE
SPLENDIDA NVNC MANET TEMPORE PLV *rimo*

Marchio de Monsalud *bol. de la Acad.* XXXVI 1900 p. 519, qui putat pertinere ad portam palatii Priorum de Llerena.
Omittere nolui propterea quod hi quoque versus creduntur repetere multo antiquiores.

Quae dum indices conficiuntur observavimus errata iuvenes docti duo, qui me adiuvarunt — alter, Guilelmus Nachstaedt aliis negotiis distractus indicum opus tantum incohavit — et ego, hic correcta sunt.

N. 20 = 328

44 Praeter Litorium ducem memoratum in chronicis a. 436 multo vetustior aliquis, [*Aur(elius)? Fa*]*ustinus* homo ut videtur christianus, signo eodem indicatur in titulo Tarraconensi C. II S. 6085 in formula Graeca praeposita

φαίνει ἀ]εὶ φῶς Λιτορίου

Ita enim puto formulam illam supplendam esse.

341 = 30

364 v. 3 *ani*(*s*) *XIII* videtur praeferendum.

395 Vidit nuper mihique descripsit Marchio de Monsalud.

407 v. 2 scribe CONSECRAVIT.

412 scribe 411

413 scribe 412 V. 13 *religiosae* puto adverbium esse.

S. p. 98 ad n. 285 Aeram DCCCXC potius mutandam esse in DCCCC, qui est annus Caroli alter, proposuit K. Regling. Nam annum II mutandum in XII, ut Carolus ille a. 888, non 898, ut vulgo creditur, regnare coeperit, ut idem coniecit dubitanter, vix probabitur.

452 scribe 451*a*

453 scribe 451*b*

455 In adnotatione pro *nomine patrio Atanagildus* scribe *nepos Atanagildi*; ut recte observavit K. Regling.

464 Ectypum nuper misit Marchio de Monsalud; litterae eaedem sunt atque in titulis n. 456. 457. 461. 463

466 Fuitne [*p*]*ub*[*er*]*em?*

469 Ex eodem exemplo fluxisse atque n. 275 observavit K. Regling.

484 V. 1 extremo *W*[*imara fecit*] proposuit Fita per litteras; eum enim fratrem fuisse Froilani primi, ab hoc postea occisum.

508 v. 2 [*fam*]*ulus grat*[*i*]*am ad*[*e*]*ad?*

522 Ludovicus IV regnavit ab a. 936 ad a. 954; itaque scribendum *era DCCCCLXXVII* et in margine era 9[7]7, p. C. 939. Ut observavit K. Regling.

PARS PRIMA

LVSITANIA

I. CONVENTVS PACENSIS.

n. 1

2 Est in schedis Moreirae III f. 505 IV f. 505 v. 818 v. 823

3 In eisdem schedis II f. 475 v. 880 s.

7 In eisdem IV f. 834 v.

9 In eisdem III f. 576 IV f. 834 v.

10 Bücheler carmina epigraph. Lat. n. 920, qui recepit, „quod et antiquioris carmen originis videtur et melioris notae est ac priscae religionis vocabula adfert“. Idem v. 3 vidit legendum esse sive olim scriptum fuisse *hoc tu seu frontem pius sive pectora signes.* V. 4 *insidies* forma pro *insidias* e confusione *miseria miseries* aliorumque similium explicatur.


11 In schedis Moreirae IV f. 880 v.

12 Bücheler carmina epigraph. Lat. n. 718, qui ad v. 5 comparavit Rossii inscr. christ. Rom. I p. 392 n. 882 (carm. epigr. Lat. n. 693) v. 5 *reddidi nunc domino rerum debitum communem omnibus olim.*

13 In schedis Moreirae IV f. 880 v.

21 Bücheler carmina epigraph. Lat. n. 717

294 Ossonobae (*Marim, concelho de Olhão, Algarve*), tabella marmorea alta m. 0.25, lata 0.21; servatur Olisipone in museo ethnographico. Litterae sunt unciales parvae, altae m. 0.025.



Descripsi a. 1881 et ectypum sumpsi; edidi *o Archeologo Português* I 1895 p. 178.

V. 4 ante et post *pl* litteras punctum est lineolae simile.

Rogata famola dei vix(it) annos pl(us)
m(inus) LV rec[ssit] i[n pace........

Scribendi genus hoc in lapidibus aliquando adhibitum est iam inde a saeculo tertio in provincia Africa, inde a quarto in actis potissimum non admodum raro (vide Exempla mea p. XXXVIII et n. 1146—1152). Cum aerae indicatio perierit, coniectura tantum titulum hunc tribuere licet saeculo fere quinto.

295 Ossonobae (*Marim*), tabella marmorea, alta m. 0.29, lata 0.21; servatur Olisipone in museo ethnographico. Litterae non sunt bonae, altae m. 0.03, saeculi fortasse VI.



d. XX m. Iun.


Descripsi a. 1881 et ectypum sumpsi; edidi *o Archeologo Português* I 1895 p. 179; contulit mea causa J. Leite de Vasconcellos.

Recessit in pace Filex XII kal(endas) Iulias

V. 1—3 litterae priores paene evanidae sunt, sed tamen leguntur. Initio nihil deest.
V. 3 *Filex*, quod Leite primus legit, videtur positum pro *Felix*. Cf. *felex n.* 333.
V. 5 *a* littera formam habet uncialem.

---

296 Ossonobae, ex ipsis *Faro* urbis moenibus, ubi extabat *com face para o quintal de Frederico Lazaro Cortes;* extraxit inde Statius da Veiga et intulit museo quod tum erat Algarbiensi; in ethnographico Olisipone Leite nondum invenit. Litterae videntur esse saeculi VI.




Descripsi ex ectypo a Veiga misso fragmentum per se inutile et edidi *o Archeologo Português* I 1896 p. 179 ne interiret, cum facile fieri possit ut fragmenta alia sive eiusdem lapidis sive eiusdem generis e moenibus prodeant.

---

297 Ossonobae (*Marim*), fragmenta titulorum christianorum tria, servata in museo ethnographico Olisiponensi.

a



b



c




Descripsi omnia a. 1881 et ectypa sumpsi; edidi *o Archeologo Português* I 1895 p. 180, ne interirent.

298 Balsae, fragmenta duo, alterum repertum *em Cacella, na Quinta do Muro,* ut olim mihi scripsit Veiga, e *freguesia de S^a Barbara, concelho de Faro* adnotavit Leite; alterum *em Torre de Ares.* Statius da Veiga intulit in museum olim Algarbiense, nunc ethnographicum Olisipone, in quo tamen *b* nondum vidit Leite.

a	b
A N	.AI
D F T
C H

Descripsi ex ectypis a Veiga missis, *b* etiam vidi a. 1881; edidi *o Archeologo Português* I 1896 p. 180.

299 Prope Taviram repperit da Veiga, in museum Olisiponense intulit Leite. Lapis altus m. 0.22, latus 0.17, litteris altis m. 0.025, non bonis.



† A D V L E V
C L E R I C I V
A N X R V
I N P C D III
E D I A
DCCLXVII

d. XI m. Ian.
aera 767
p. C. 729

Descripsi ex ectypo satis evanido, quod misit Leite.

† Adulteus clericus vixit, annos X, requievit
in p(a)c(e) d(ie) III ed(us) Ian(uarias) [era] DCCLXVII

Adulteus pro *Adultius* — ut *terteo* n. 304 — nomen ab *adultus* adiectivo formatum ut *Modestius Tacitius* al. et Graeca multa veluti *Adelfius Agroecius Eutropius* cet.

Litteratura, compendia scripturae, *edus* pro *idus* saeculi octavi barbariem monstrant.

300 Pace, rep. d. IX m. Maii a. 1896 prope dormitorium conventus alicuius, fragmentum tabulae lapideae altum m. 0.45, latum 0.35; litterae admodum similes sunt titulo Eborensi n. 11, saeculi VI. A parte aversa extat titulus Arabicus litteris Cuficis scalptus.



J. Leite de Vasconcellos *o Archeologo Português* II 1896 p. 175 ex imagine photographa, quam misit Iosephus Umbelino Palma.

Depositio domni Iu[liani? . . .

V. 2 DOMNII Leite; in imagine video in fine IIY; unde supplevi. Leite cogitavit de Dominii nomine, cuius quamquam exempla non desunt, tamen hoc loco minus probabile videtur.

301 Myrtili, tabella fracta alta m. 0.20, lata 0.12, litteris non bonis altis m. 0.03.



A D I V
T O R F A
I R E Q V E
N P A C E DI
I D M — d. 15 m. Martii vel Maii

Descripsi ex ectypo quod misit J. Leite de Vasconcellos, qui ed. *o Archeologo Português* III 1897 p. 291.


Adiutor fa(mu)l(us) | *[de]i requie[vit]*
i]n pace di(e) id(us) Ma(ias)

V. 2 compendium, quo *famulus* vocabulum indicatur, novum est.

3 in. *[de]i* supplendum, quod videtur in lapide fuisse.

4 extr. DI videtur positum pro *die* ... *id(us) Ma(ias* vel *Martias)* sive pro *[id(ibus) Ma(iis)*.

302 Myrtili. rep. *no rocio do Carmo*, Olisiponem missa a Statio da Veiga ibi aut periit aut latet; unde non habeo indicare mensuras.




d. IX m. Febr.
aera 744
p. C. 706

Veiga *Mertola* p. 116 ex imagine quam ipse Myrtili fecerat.

† *Afranius pr(esb)yt(e)r) decessit in pace d(o)mi(n)i n(ostri) Ie(su) Chri(sti) d(ie) V id(u)s Febr(uarias) era DCCXLIIII; m.... b....?*

V. 6 elementum ultimum, quod mutilum est, Veigae B potius fuisse quam R visum est: *m(emoriae) b(onae)?*

303 Myrtili, tabula marmorea alta m. 0.44, lata 0.42, litteris elegantibus, altis 0.025; servatur in museo ethnographico Olisiponensi.




d. XXIII
m. Febr.
aera 582
p. C. 544

Descripsi ex ectypo quod misit Jos. Leite de Vasconcellos, qui ed. *o Archeologo Português* III 1897 p. 290.

☧ *Amanda famu(l)a Chr(isti) vixit annos plus min(u)s XXXII menses V requievit in pace d(o)mi(ni) n(o)s(tri) d(ie) VII kal(endas) Mart(ias) er(a) DLXXXII*

V. 2-5 Spatium vacuum relictum est in mediis versibus propter condicionem lapidis.
2 FAMA pro *famula;* lineolam superponere quadratarius errore videtur neglexisse. FAMVA formam omissa L Leite comparavit cum Portugallensibus noviciis *lándoa* glandula, *mágoa* macula, *táboa* tabula et similibus.
5 *k* in *kal* vocabulo fortasse errore formam habet litterae X.
Aerae numeros lego DLXXXII, nam inter duas X maiores una minor videtur postea interposita esse. Leite antea legit DCXXII, sed L certa est, a C diversa; postea idem legit DXXXII.



304 Myrtili, rep. in platea (*o rocio*), tabula e lapide scissili alta m. 1.07, lata 0.44, litteris altis m. 0.025; iam extat in museo Olisiponensi.

Descripsi ex ectypo misso a Jos. Leite de Vasconcellos, qui ed. *o Archeologo Português* III 1897 p. 292.

Andreas famulu(s) dei princeps cantorum sacrosancte aeclisiae Mertilliane vixit annos XXXVI requievit in pace sub d(ie) terteo kal(endas) Apriles aera DLX trisis

V. 2 *Princeps cantorum* ecclesiae nescio an primum hic memoretur.

V. 3 R in *sacrosancte* formam habet cursivam ʌ litterae similem.

Sermonis vulgaris testimonia *sacrosancte aeclisiae Mertilliane, sub die terteo, aera DLX trisis.*


V. 10 *trisis* pro *tres* vel *tris* formam Leite comparavit cum pluralibus linguae vernaculae Portugallensis *javalises* pro *javalis*, *péses* pro *pés*. Cf. *era siscens quattus* n. 22 *a b*, *era DL sexsis* n. 35, *era DX as* n. 310.

V. 13 Initium versus ꞓᒧ in ectypo clare apparet; quid significet ignoro.

Observa formam chrismatis supra et infra diversam.

d. XXX m. Mart.
aera 563
p. C. 525

305 Myrtili, tabella lapidea alta pedes (Anglicos) 2, lata digitos 20; extat Ponte Aelio. i. e. *Newcastle-upon-Tyne* in urbe Britanniae septentrionalis, in museo societatis antiquariorum Aelianae, cui intulit Warden Britannus incola Myrtilensis.



d. V m. Aug.
aera 584
p. C. 546


J. C. Bruce *Proceedings of the Society of Antiquaries of Newcastle-upon-Tyne* III 1888 p. 264 ex ectypo; inde ego *o Archeologo Português* I 1896 p. 180.

† *Britto presb(yter) vixit annos LXV, requievit in pace d(omi)ni d(ie) nonas Agustas era DLXXXIIII*

V. 5 observa *Agustas* formam rusticam.

---

306 Myrtili, reperta in sepulcro prope *a valleta da estrada*, tabula marmorea alta m. 0.45, lata 0.41, crassa 0.03. In museum Algarbiense quod fuit Olisipone intulit VEIGA, sed dicitur ibi periisse (*perdido ou furtado* VEIGA).




d. V m. Iul.
aera 503
p. C. 465

Veiga *Mertola* p. 98 n. 1—A a se delineatam.

Donata puel(l)a, Chr(ist)i vixsit ann(os) XXII, requievit in pace d(omi)ni d(ie) III n(ona)s Iul(ias) era DIII

V. 5 Fuitne DCII?

307 Myrtili, rep. per Emmanuelem de Oliveira *no Rocio do Carmo* sepulcrum tegens; est Olisipone in museo ethnographico. Tabula marmorea alta m. 0.52, lata 0.42, litteris altis m. 0.03, rudibus; additae sunt lineae.



d. XXX
m. Maii
aera 604
p. C. 566


Veiga *Mertola* p. 111 n. 8.

Glandarius famulus dei vixsit annos plus minus XXXVIII, requievit in pace do(mi)ni d(ie) tertio kalendas Iunias era DCIIII

V. 1. In lapide esse affirmat quod in imagine Veigae non satis clare perspicitur ✓GLANDARIVS, *Glandarius*, et nomen in regione glandium fertilissima non offendere putat Leite; recte.

---

308 Myrtili, rep. circiter a. 1891; servatur ibi apud Antonium da Silva Fernandes; sed fore ut inferatur in museum Olisiponense sperat Leite. Mensuras ignoro.




d. VII
m. Iun.
aera 604
p. C. 566

J. Leite de Vasconcellos *o Archeologo Português* I 1895 p. 8 ex ectypo, quod miserat Fortunatus de Fonseca ex Alandroal.

Hilarinus fam(u)l(us) dei vixit an(no) uno m(ensibus) V d(iebus) V, requievit in pace d(ie) non(as) Iunias era DCIIII

309 Myrtili, rep. in effossione fundamentorum prope curtem concilii (*o curral do concelho*) inter plateam *o Rocio do Carmo* et aediculam S. Antonii; emptam VEIGA intulit museo Algarbiensi nunc ethnographico Olisipone. Tabula marmorea alta m. 0.42, lata 0.22, litteris satis elegantibus, altis m. 0.025.



Veiga *Mertola* p. 107 n. 5.

V. 8 KAL, pro KAL.

Mannaria famula Chr(ist)i vixit annos novem menses quattuor, requievit in pace d(ie) XVI kal(endas) Apriles era DXXXII

d. XVII
m. Mart.
aera 532
p. C. 494

310 Myrtili, reperta prope *a vallета* paene ex adverso aediculae S. Antonii, quando sternebatur via Myrtili Pacem: tabula marmorea alta m. 0.27, lata 0.294; litteris bonis, altis m. 0.03.




d. XIII m. Nov. aera 510 p. C. 472

Veiga *Mertola* p. 102 n. 3.

Orania [f]a m(u)l(a) d(e)i vixit ann(os)
t(r)es, requievit in pace d(ie) idus
Novemb(res) era DX as

V. 2 PM̄L clare legitur, non FML, errore puto quadratarii; nam F nunquam ita formatur.
3 TES pro TRES in lapide est.
6 Era est DX, non DXL nec DXI; de X litterae forma vide proleg. inscr. Hisp. christ. p. XIII.
AS in fine quid significet ignoro; *a s(alute?)* Aut *(decim)as?* cf. *trisis* et *quattas* n. 304. 22 *a b*, *sexsis* n. 35. 339.

311 Myrtili, rep. per Emmanuelem de Oliveira prope domum *no Rocio do Carmo*, iuxta aediculam christianam, quam ibi fuisse putat VEIGA, qui intulit in museum Olisiponense, ubi extat. Tabula marmorea alta m. 0.90, lata 0.445, litteris bonis, tenuibus, altis m. 0.035.




d. XV m.? aera 560? p. C. 522?

Veiga *Mertola* p. 110 n. 7.

Romanus presb(yter) famulus dei vixit ann(os) LXXV,
requievit in pace d(omi)n(i) d(ie) XV ka(lendas)......,
e]ra DL ....

312 Myrtili, rep. prope curtem Emmanuelis de Oliveira, tegens sepulcrum; Olisipone in museo ethnographico, tabula marmorea alta m. 1.14, lata 0.47, litteris altis m. 0.045, elegantibus.




d. II m. Mart. aera 527 p. C. 489

Veiga *Mertola* p. 104 n. 4.

† Satirio pr(es)b(yte)r ministravit in presbiterio
ann(os) XIII, recessit in pace domini n(ostr)i
Ies(u) Chr(ist)i d(ie) VI n(onas) Martias, era
DXXVII; memor nostri requiescet

Nova sunt *ministrare in presbyterio*, *recessit* et *requiescet* iuxta adhibita, compendium nonarum, clausula *memor nostri requiescet*, non *requiesce*, nam E et T videntur ligatae esse.

313 Myrtili rep. a. 1886, Cantabrigiam in Britanniam secum tulit Ioh. Gadow Dr. med. Germanus, incola tum Myrtilensis, ubi servetur nescio; tabula marmorea alta pedes (Anglicos) 2 dig. 4, lata pedem unum dig. 6; litteris altis m. 0.04.




d. XXV m. Aug.
aera 575
p. C. 537

J. C. Bruce misit ectypum, unde edidit vv. non divisis J. H. Middleton *Cambridge University* ***Reporter*** d. XV m. Mart. a. 1887 (p. 539); ego edidi *o Archeologo Português* I 1896 p. 181.

† *Simplicius pre⟨sb⟩(yter) famulus dei vixit an(nos) LVIIII,*
requievit in pace d(omi)ni VIII kal(endas) Septem(bres)
era DLXXV

V. 2 PRBS videtur errore scriptum pro PRSB.

314 Myrtili rep., iam Olisipone in museo ethnographico, tabula alta m. 0.63, lata 0.445, litteris altis m. 0.03.



d. XX m. Maii
aera 604
p. C. 566

Descripsi ex ectypo, quod misit Ios. Leite de Vasconcellos, qui ed. a se descriptam *o Archeologo Portugues* III 1897 p. 291.


Tyberius [l]ictor famulus dei
vi(xi)t annos plus minus XIIII
menses qu[e] | novem, requievit
in pace domini die XIII ka-
lendas Iunias era DCIIII

V. 1 IICTOR in lapide est, teste Iosepho Leite, et in ectypo, non LICTOR; ita v. 6 pro N scriptum est II. Tamen videtur *lictor* legendum esse; nam nec *Ector* legi potest pro *Hector*, ut Leite proposuerat, cum E ubique ita, non II scribatur, nec *fictor* multoque etiam minus *Victor*. Lictor fortasse fuisse potest puer annorum vix XV; utrum fuerit magistratus alicuius, ecclesiae an municipii non indicatur.

4 *mens(es)qu[e] no|vem* Leite, recte.

Tyberius pro *Tiberius* ut *fyrmus* pro *firmus*, *Sylla* pro *Sulla* similia, quae aliunde novimus, fortasse ex pronuntiatione eius aevi explicanda sunt. Ceterum cf. falsae n. 2*.

315 Myrtili, rep. ex adverso aediculae S. Antonii prope *a valleta* a latere quod opponitur viae Myrtili Pacem; Martinus Peres dedit museo Olisiponensi, ubi servatur. Est tabula marmorea alta m. 0.29 et lata 0.29, litteris tenuibus sed perspicuis, altis m. 0.033. Videtur saeculi VI vel VII esse.




aera . . . ?

Veiga *Mertola* p. 118 n. 14.

† *ἔνθα κατάκειτε Ζώσιμος θεὸς*
Πειτάζων. ἐτῶν . . . . . .

cf. CIL II n. 5171.

316 Myrtili, rep. cum sterneretur via Myrtili Pacem, Dominicus Martinus Peres emit deditque museo Olisiponensi per Veigam; ibi servatur. Tabula marmorea alta m. 0.39, lata 0.24, litteris rudibus, altis m. 0.25.



Veiga *Mertola* p. 108 n. 6.


. . . . . . famula dei, vixit annos LXX
p(lus) m(inus), requievit in pace
d(omi)ni diae pridiae kal(endas)
Februarias era DLVI

d. XXXI m. Ian.
aera 556
p. C. 518

---

317 Myrtili, fragmenta tabularum marmorearum sive trium sive quattuor (*d* sane dicitur esse alius marmoris); reperta sunt fragmenta haec omnia eodem loco *no Rocio do Carmo.* Mensurae eorum hae sunt *a* 0.09 × 0.09, *b* 0.16 × 0.10, *c* 0.08 × 0.09, *d* 0.05 × 0.045; litterae sunt bonae, altae m. 0.026. Coniunxit Veiga.

a
b
c
d



Veiga *Mertola* p. 115 n. 10—13.

b [*V*]*olus*[*ianus?*] an [*fam*]*olus* [*dei?*]

c . . . *lia h*(*onesta femina?*); nam lineola snpra н̄ litteram videtur indicare compendium scripturae. Cf. n. 321.

d . . . *re*]*q*(*u*)*ier*[*it in pace* . . . .] *di*(*e*) aut *VI*? *non*(*as*) . . . .

318 Myrtili, rep. *no Rocio do Carmo,* tabula marmorea constans ex fragmentis sex, alta plus minus m. 0.56, lata 0.265; litteris bonis, altis m. 0.035.



Veiga *Mertola* p. 100 n. 2.

L...... ..... [vixit .....
requievit in pace die]
XVII kal(endas) ....
era DL...

Post D aerae numerum priorem L videtur in lapide esse infra imminuta.

d. ....
aera 55...
p. C. 512?


319 Myrtili, fragmentum, quod in fine tabellae collocatum fuisse putandum est, longum m. 0.20, latum 0.235, litteris altis m. 0.024.

O R A P R · M E

J. Leite de Vasconcellos *o Archeologo Português* III 1897 p. 292.


Clausula nota.

320 Myrtili, fragmentum altum m. 0.20, latum 0.12, litteris altis m. 0.03.



Descripsi ex ectypo misso a Iosepho Leite de Vasconcellos, qui ed. *o Archeologo Português* III 1897 p. 291.

Agnoscuntur formulae solitae ...*ma*.... [*requievit in*] *pa*[*ce*] *dni d(ie) illa ka*]*lnd(as)* [*illas, e*]*ra* [*illa*].



321 Myrtili, rep. per Emmanuelem de Oliveiro *no Rocio do Carmo,* tegens sepulcrum; Olisipone in museo, fragmenta quattuor tabulae marmoreae tenuissimae, altae m. 0.60, latae 0.42, litteris elegantibus, altis m. 0.024.

Veiga *Mertola* p. 113 n. 9.


Legendum fortasse:

E.... (nomen defunctae) [*h*]*on(e)sta*
... [*f*]*em*[*ina?*] aut [*fem*]*en*[*a*]?
.... [*requievi*]*t* .....

Supplementum proposuit Veiga: neque vero ita satis intellegitur spatium inter duo vocabula.

Honestam feminam conieci fuisse in n. 317.

322 Myrtili, rep. in via quae descendit a platea *Rocio do Carmo* ad aediculam S. Antonii, nunc Olisipone in museo; tabula marmorea alta m. 0.38, lata 0.135, litteris altis m. 0.045.



d. . . . .
aera 500?
p. C. 462

Veiga *Mertola* p. 96 n. 1.

. . . . . *se*]*rvi* [. . . *r*]*equi*[*evit in pace* . . . *die* . . .] *V idus* . . . *era D*

Si aera plene servata est, titulus inter antiquissimos Hispaniae christianae numerandus. Sed aerae numerus in versu sequenti fortasse continuabatur.

324 *Montemor-o-novo* prope Eboram in tabula sepulcrali, quae titulum Chalchisiae continet, inscriptio utrimque apposita, litteris saeculi quinti sextive.


in H·MI^E DHI< *et I* ESABILLE
fam VLI XPI
si SEHAHDYS *f* ECERVHT

Gabriel Pereira misit delineatam accurate; edidi C. II S. 5189.

[*in*] *nomine d*(*omi*)*ni* [*fam*]*uli Chr*(*ist*)*i*
[*Si*]*senandus* [*et I*]*esabille* [*f*]*ecerunt*

Iesabille nominis forma fortasse hic primum legitur.

323 *Bencatel* prope *Villaviçosa,* super sepulcrum iacens rep. a. 1866 in campo praedii *Galharda* dicto *os Villares,* ubi oppidi vetusti vestigia cernuntur, circa eum locum unde prodiit C. II 150; possidebat Dr. Franciscus Augustus Nunes Pousa, tum iudex in vico *Olhão* Algarbiae, extabat autem apud Emmanuelem Mariam Mutroco in *Villaviçosa.* Cippus est altus m. 0.84, latus 0.45, litteris satis bonis, altis m. 0.04, saeculi puto IV vel V.



Descripsi ex ectypo quod misit Joachim J. da Rocha Espanca, qui memoravit *Revista archeologica* I 1887 p. 101 editam in libro *Portugal antigo e moderno,* incohato a Pinho Leal, continuato a Petro Augusto Ferreira.

† *Domitia p*(*uell*)*a vixit annum m*(*enses*)
IIII d(*ies*) *XIIII*

II. CONVENTVS SCALLABITANVS.

n. 15—16


17 Extabat a. 1886 apud Commendatorem Graciano in vicinia degentem, a quo ectypum accepit Ioh. Gadow Dr. med. Germanus, qui tum Myrtili vivebat; inde novit J. H. Middleton professor Cantabrigiensis, qui una cum n. 313 adscripsit in ephemeride *Cambridge University Reporter* d. XV m. Mart. a. 1887 (p. 539) vv. non divisis, v. 1 FLAMINIA legens, male sine dubio. Ectypum quod Gadow protulit ubi servetur ignoro; nam frustra mea causa indagaverunt amici Cantabrigienses.

18 v. infra n. 325.

19—21.

---

325 (= 18) *Chellas,* in monasterio S. Felicis, tabula marmorea; intra coronam, quae alta est m. 0.56, lata 0.47, titulus extat sculptus litteris bonis, altis m. 0.04.



A ☧ ω
DEPOSITIO
BONEMEMORI/
MARTVRI D
FELICIS DECEM
IDIBVS ERA
DCCIII

d. XIII m. Dec.
aera 703
p. C. 665

Descripsi ex ectypo misso a Iosepho Leite de Vasconcellos. Figueiredo *Revista archeologica* IV 1890 p. 2 ex scriptoribus quibusdam antiquioribus.

Depositio bonememori Marturi d(ie) felicis decem idibus era DCCIII

Marturius, qui appellatur *bonememorius* — aut primo casu *Marturis bonememoris* — e Graeca consuetudine *feliciter die idibus Decembribus* videtur depositus esse, quod rustice significatur *die felicis decem idibus* vocabulis. Cf. *Marturia* nomen mulieris n. 365. Nam quod Leite legere voluit *Bonememori martyr(is) i(n) d(eo) felicis Decem(bribus) idibus* contra usum est; sane *martyr in deo felix* quantum scio alibi repertum non est.

---

326 *Chellas*, in monasterio, in pariete curtis extabat adhuc a. 1864. Mensurae lapidis non indicantur.

A ☧ ω
ᵭEPO
SITIO BONEME
MORIAECTFRI////

Ludov. Marinho de Azevedo *fundação antiguidades e grandezas de Lisboa* IV [1652] p. 17; Ant. Caiet. de Sousa *agiologio Lusitano* IV [1744] p. 395; Vilhena Barbosa *Archivo pittoresco* VII 1864 p. 372; inde Figueiredo *Revista archeologica* IV 1890 p. 3.

Omiseram quia putabam exemplum esse deterius tituli n. 325 (= 18); diversos esse recte observavit Figueiredo. Ectypum adhuc desidero.

V. 3 *Otfri[di]*?

327 (= 1 Additam. Brit.) Conimbrigae (*Condeixa a velha*) rep. a. 1872 in fundamentis aediculae sanctissimi sacramenti, tabula marmorea alta m. 0.34, lata 0.21; iam servatur in museo Instituti.



SERENIA
NVS FAMV
LVS DI VIXIT
ANVS IIII ET
REQV IN PA
CE VIII KL DE
CEMBRES E
RA DLXXVIIII

Descripsi a. 1881 et ectypum accepi a Figueiredo, qui ed. in ephemeride *o Instituto* vol. XVII 1873 p. 82; A. F. Barata *Miscellanea historico-romantica* (Eborae 1873) p. 137; A. F. Simões *Boletino architectonico* I 1875 no. 8 p. 120; Figueiredo *Condeixa a velha* p. 11.

Serenianus famulus d(e)i vixit anus IV. et requ(ievit) in pace VIII k(a)l(endas) Decembres era DLXXVIIII

d. XXIV m. Nov.
aera 579
p. C. 541

328 *Celorico da Beira*, leugis tribus ad septentriones et occidentem a *Guarda* urbe, inserta muro capellae maioris in ecclesia S. Mariae *dos Açores*, a parte evangelii; lapis granites altus m. 0.50, latus 0.86, litteris altis m. 0.05.

† REQUIEVIT · FAMULA ·
XPI · INPACE · SUINTHI=
LIUBA · SUB MENCE · — m. Nov.
NOVENBRES · ERA · — aera 703
DCCIII · — p. C. 665

Bellino descriptam mihi misit et Fitae, qui ed. *bol. de la Acad.* XXVIII 1896 p. 269.

Ectypum obtinere nondum potui ex oppido avio, a paucis visitato.

Vv. divisio num vera sit dubito. Item de *mence* pro *mense* scripto dubito, nam contra consuetudinem etiam infimae aetatis pugnat. Contra *Novenbres* non offendit.

329 *Arouca, próximo a Villa,* in lapide rep. in parietinis monasterii antiquissimi Arcensis (*o mosteiro Archense, da Ordem de S. Bento;* cf. n. 21). Periisse affirmat Bellino.

SERVANDA XPI FAMVLA ·
VIX ANNOS XLII
QVIEVIT IN PACE DEI — d. XXIII m. Iun.
IX KAL · IVLIAS — aera 624
ERA D · C · XXIIII · A † — p. C. 586

Ex schedis academiae Olisiponensis Bellino mihi descripsit; Moreirae schedae IV f. 766 et 880.

Servanda Chr(ist)i famula vix(it) annos XLII, quievit in pace dei IX kal(endas) Iulias era DCXXIIIIa

V. 1 SERVANDE XP FAMVLAE ·

V. 4 XXIIII *et* † Moreira, solita neglegentia.

XXIIIIa, (*vigesima quart*)*a*, ut supra n. 304. 310.

Ceterum num lectio versuumque divisio accurate traditae sint dubito.

III. CONVENTVS EMERITENSIS.

Series titulorum Emeritensium insignis splendidum supplementum accepit (n. 333—347); si iustae effossiones instituerentur, sine dubio novi multi accederent. Observa titulorum Graecorum frequentiam.

n. 22

23 Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 85, 45.

23a I. B. de Rossi inscript. christ. urbis Romae Vol. II 1 (1887) p. 256 memorat; Bücheler carmina epigr. Lat. n. 900. V. 1 SOLBERAT, 6 PRECEPIT codex. V. 16 NOBATE, quod in codice est, pro *novante* positum esse vidit Büch.

24—28

29 Fita l. s. s. p. 85, 46.

30

31 Delineatam edidit R. Amador de los Rios *monumentos arquitectónicos de España* fasc. 49 (*Mérida*) et 55 p. 33; Fita *bol. de la Acad.* l. s. s. p. 86, 47.

32

33 Barrantes *aparato* II p. 475 ss. repetivit ex libello Garciae de Salcedo; Fita l. s. s. p. 86, 48.

34 Fita *bol. de la Acad.* XVI 1890 p. 447, qui supplementa proposuit v. 1 *sit nomen* [*domini e. q. s.*], 4 *Se*[*muel*], 8 *cum pace, v*[*ixit annos plus minus*], 11 *Sa*[*muel*], 12 [*pro*]*missam*, et indicavit locos vulgatae similes Exod. XXXV 31, I Reg. I 6 XXV 29, Esther XIII 7, Psalm. III 6 LXXI 17.

34a Greg. Mayans epist. ad P. Burmannum Anthol. vet. epigr. Lat. II p. X, Bücheler carmina epigraph. Lat. II. 1380. V. 4 scrib. *maesto.*

35

36 Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 86, 49. Supplementa proposuit talia:

> [. . . . *penitens, famulus Dei, qui in hoc*] *seculo mu*[*ndam transegit vitam, dignum Deo*] *suum commen*[*davit spiritum. Vixit annos . . . . Re*]*ceptus in* [*pace sub die IIII*] *non*(*as*) *Ianuari*[*as, era DC . . . In celo regna*]*nti sancti o*[*ccurrite angeli; Amen*]

Receptus in pace Nr. 46. 47. Ad v. alterum cf. titulus Amatoris episc. Oretani *bol. de la Acad.* XVII 1891 p. 379, infra edendus.

37

38 Fita l. s. s. p. 88, 51.

39

40 Extabat in fragmento columnae *como de dos pies ó tres cuartas de largo y de ancho ó diametro una cuarta*, reperto in coenobio S. Dominici (*hospital de Iesus Nazareno*) a. 1720 FORNÉR. Inde Fita l. s. s. p. 47, 40.


41 v. infra n. 346.

42

43 Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 142, 123.

44 E Ponz *viaje* VII p. 30 habet etiam Orellius 4890. Extat ibi *en la magnifica ermita de N^a^ S^a^ del Prado.* Fita *bol. de la Acad.* II 1882/1883 p. 301. V. 1 nomen Litorii legitur etiam in titulo urbano saec. II sive III CIL VI 25841. V. 5 QVEVIT in lapide esse testatur Fita.

330 Emeritae, rep. *en un corralon o cochera de D. Juan Grajera* prope viam quae ab urbe ad viam ferream ducit; servat Matriti Eduardus Saavedra v. c. acceptam a Ioachimo Lopez de Letona. Lapis altus est m. 1, latus 0.50, litteris altis m. 0.04 saec. VI.



d. XI m. Febr.
aera non indicatur

BONIFATIA CONIVN
X SILVANI ◦ VIXIT AN
NIS XVIIII RECEPTA IN P
ACE ◦ DIAE II IDVS FEBR
VARIAS IN NOMINE
A ☧ ω

Descripsi ex imagine photographa, quam edidit Fita *Bol. de la Acad.* IX 1886 p. 396 cf. V 1884 p. 329.

Bonifatia coniunx Silvani vixit annis XVIIII recepta in pace diae II idus Februarias in nomine Chr(isti) α ω

V. 4 ita *diae II idus* in lapide est, puto pro *die III idus*; sed cf. n. 337. Videtur igitur in Hispania contra usum pro *pridie* positum esse *die altero idus.*

331 Emeritae, rep. c. a. 1874 in effossionibus nescio quibus, ubi servetur ignoro. Frustra amici indagaverunt.

B R A C A R I V S
FELEX VIXITAN
NOSLII RECESS
IT NONAS APRIL
E S E R A C C C C X
VIIII


d. V m. April.
aera 419 ?
p. C. 381

Revista histórica latina vol. II 1874/1875 p. 355 (cf. *Revista histórica* vol. III 1876 p. 68).

Bracarius felex vixit annos LII (?), recessit nonas Apriles era CCCCXVIIII (?)

V. 3 LLLRECES traditur; correxi in LII dubitans num posset etiam III fuisse, et addidi in fine *s*. 5 de aerae numeris dubito; si veri sunt, titulus christianorum omnium in Hispania repertorum antiquissimus est. Quod de defuncto dictum est *felex* (pro *feliciter*) *vixit* — *e* pro *i* frequenter ponitur in titulis christianis —, neque adduntur *famulus dei* vel similia, non abhorret ab hac antiquitate. *Filex* est supra n. 295.

332 Emeritae, extabat in ecclesia S. Eulaliae, in aditu qui est inter sacristiam et altare maius; iam est in museo Emeritensi, tabula marmorea alta m. 0.39, lata 0.45, litteris bonis, altis m. 0.03.



CANTONVS
FAMVLVS DEI VIXIT
ANNOS LXXXVII REQ
VIEVIT IN PACE Ð
XI KALENÐ IANVAR
IAS ERA DL QVINQE
A ω


d. XXII m. Dec.
aera 555
p. C. 517

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 78,41; *Monumentos arquitectónicos de España* fasc. 57; Plano *ampliaciones* p. 39.

Cantonus famulus dei vixit annos LXXXVII, requievit in pace d(ie) XI kalend(as) Ianuarias era DL quinq(u)e
Chr(istus) α ω

V. 5 Ad K litteram adhaeret A parvula. V. 6 expectamus *quinta;* sed ita *sexis* (sex vel sexies) pro *sexta* scribitur in titulo n. 35.

333 Emeritae, rep. ante paucos annos in domo quadam ex adverso introitus ecclesiae S. Eulaliae; extat apud Ioach. Rodriguez Márquez, *calle de Cardero* 1; tabula marmorea alta m. 0.29, lata 0.68, crassa 0.04. Litterae sunt elegantes, altae m. 0.04.



aera 679 p. C. 641

P A ω · FELIX EVGENIA XRI FAMVLA
NOVA CONTRVXIT IAVE PORTAM :
CVIVS DEDICATIO CLAVSTRI CONTINET VIR
GINVM VOTA · PATEBVNT LIMINVM ADITA
CREATVRE FIDELI ATRIA DNIO HEC VIRGO VIRGINV MTR
SACRO CONPLEVIT OPERE SVB HORONTIO VATE ERA DC$_{IX}$XVIIII

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 83, 43 cum docto commentario.

Chr(istus) αω. *Felix Eugenia Chr(ist)i famula nova(m) construxit ianue portam, cuius dedicatio claustri continet virginum vota, patebunt liminum adita creature fideli; atria d(omi)ni hec virgo virginu(m) mater sacro conplevit opere sub Horontio vate era DCLXXVIIII*

V. 6 aerae numeri utrum DCLXXXVIIII an DCLXXVIIII significent dubitari potest; quaeritur de L et X priore lineis coniunctis num X tertium indicent an duo tantum. Illud Fitae, hoc mihi visum est probabilius esse.

Horontius episcopus Emeritensis inde fere ab anno p. C. 638 fuisse creditur; subscripsit conciliorum Toletanorum a. 646 et 653 decretis. Vates appellatur, ut Paulus diaconus Gregorium Magnum appellavit sanctissimum egregiumque vatem, Fita monente. Cf. etiam n. 142 v. 5.

334 Emeritae, rep. in effossione quadam instituta in vico *calle de Forner* extra muros a basilica S. Eulaliae versus septentriones et occasum; servabat Iosephus Pí y Caner, nunc est in museo. Litteris optimis, altis m. 0.04, saeculi puto VI.



† HANC DOMVM IV
RIS TVI PLACATA POSSIDE
MARTIR EVLALIA
VT CGNOSCENS INIMICVS
CNFVSVS ABSCEDAT
VT DOMVS HEC CVM HAB
TATORIBVS TE PROPITIANTE
FLORESCANT
AMEN


Descripsi ex ectypo misso a Fita, qui ed. *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 79,42 cum commentario.

hanc domum iuris tui placata posside, martir Eulalia; ut cognoscens inimicus confusus abscedat, ut domus hec cum habitatoribus te propitiante florescant. Amen.

Inimicus num intellegendus sit de hoste qualicumque an de diabolo, quod probabilius videtur, docebunt rerum christianarum periti, quorum quos consului de diabolo non dubitaverunt. *Ut domus hec . . . florescant* eo defenditur, quod cum domo habitatores intelleguntur; nisi *haec* pro *hae* positum est.

Fita putat indicari hospitium conditum a Masono episcopo Emeritensi c. a. 572 (*Esp. sagr.* XIII p. 359).

335 Emeritae rep., sed quando et ubi ignoratur. Servatur in museo Hispalensi, tabula marmorea supra fracta, alta m. 0.40, lata 0.52, litteris quam maxime evanidis, altis a. m. 0.045 ad 0.035.



d. I. Martis?
aera 716
p. C. 678

Descripsi ex ectypis et imaginibus photographis, postquam primum m. Oct. a. 1896 accepi descriptam imperfecte ab Eduardo S. Dodgson. Ectypa uaria miserunt Emmanuel Campos director musei Hispalensis et Marchio de Monsalud, imagines photographas tres varia luce exceptas Campos, denique m. Decembri a. 1897 Paulus Arndt archaeologus Monacensis, artis photographicae peritus, mea causa imaginem excepit reliquis modulo et accuratione longe superiorem, quam propono. Ea primum me docuit, qualis omnino titulus fuerit, sed aenigma nondum plene solvit. Amici, quibuscum communicavi, frustra in legendo desudaverunt; tamen spero fore ut in luce solis clariore, quam quae praestat obscuritas hiberna, plura legamus.

Quae legere adhuc mihi visus sum haec sunt:


I T A R S F . . . . . .
† C A T V S V I R T V C A . . . .
S I S S CE T · S N S · V M H I S M E R L . .
H I C R E L I C I O S E S · M V L R E C E S S I T
A V T E M O L A S T R O I N C L A I D E M A R T I S
E R A A V G V S T I D C C X V I
CE M E · S . D S I A T V S V R S · S S E P E L V I T
E A M H A C T V M V I O E C L E S I Æ I N P A C E

Puto vv. 1—4 contineri finem epitaphii poetici, in quo nomen viri defunctae [*vo*]|*catus*, ut v. 7, et vocabula quaedam, ut [*vix*]*siss(e) quietus* . . ., *his mere*[*tis*] . ., *hic* (*sic*? *nec*?) *religiose simul* clausulam distinguo.

Quae sequuntur ita fere concepta fuerunt *recessit* | *autem Oleastro incola I die Martis* | *era Augusti DCCXVI* | *Clemens* . . . . *vocatus vir su(u)s sepelivit eam hac* (sic) *tumulo eclesiae in pace.*

Aeram Augusti dici novum est et memorabile; etiam *ecclesiae in pace,* si recte vocabula illa coniunguntur, videtur novum esse.

336 Emeritae, in domo *calle de Alfonso IX nr. 18*, quae est Francisci Rios, ex adverso basilicae S. Eulaliae, lapis altus m. 0.56, latus 0.58, cuius pars fere tertia infra videtur deesse. Litterae visae sunt saec. VII esse, altae m. 0.06, optimae.



† QVISQVIS CONSPICIS HOC SEPVL
TVRE OPVS EOLALII CLRIC CONFESSORI
ABTVS EST LOCVS : SED SIQVIS
VERO HOC MONVMENTVM MEVM
INQVIETARE VOLVERIT SIT ANATHE
MA PERCVSSVS LEBRA GEZIE
PERFRVATVR ET CVM IVDA
TRADITORE ABEAT PORTIO
NEM ET A LEMINIBVS ECLESIE
SEPARETVR ET A COMMVNI
ONEM SCM SEC ... IIS

Descripsi ex ectypo misso a Marchione de Monsalud, unde ed. Fita *bol. de la Acad.* XXX 1897 p. 497 cum docto commentario.

† *quisquis conspicis hoc sepul|ture opus, Eolalii clerici confessori | abtus est locus. sed siquis | vero hoc monumentum meum | inquietare voluerit, sit anathe|ma, percussus lebra gezie | perfruatur et cum Iuda | traditore abeat portio|nem et a leminibus eclesie | separetur et a communi|onem s(an)c(ta)m sec . . . . . .*

Lectio omnino certa est.

V. 2 *Eolalius* pro Eulalio singulare est; ut *au* Latinum pro Graeco αο scribi solebat, veluti in λαοτομίαι *lautumiae* Λαοδίκεια *Laudicea* et similibus, ita homo hic fortasse sibi visus est optime Graece scribere Ἐολάλιος pro Eulalio. Ceterum nomen a Sancta ibi prope culta derivatum est.

Confessorem inter clericos minores cantorem vel psalmistam fuisse Fita e canone IX concilii Toletani I probat; tamen putat confessoris vocabulum hic idem fere valere atque *paenitens* secundum Isidori etymol. VI 19,75: *confessio est . . . . dum quisque confitetur sua peccata petendo indulgentiam.* Cf. n. 341 [*confit*]*ens d*(*omi*)*no*, si recte ita suppletur. Theologis quos consului clericus confessor visus est cantorem indicare.

V. 6 extr. GEZI T *gezi et* Fita; sed in lapide et in ectypo clare legitur quod dedi, ut etiam testatus est Marchio de Monsalud. *Lebra*, pro *lepra*, *gezie*, qui videtur genetivus esse, ex IV Reg. 4. 5. 8 desumptum, ut adnotat Fita; *gezi* et *giezi* Vulgata habet, Lutherus *gehasi*. De execrationibus similibus, quae leguntur in titulis christianis Galliarum, egit Edmundus Le Blant *inscriptions chrétiennes de la Gaule* I p. 291 ss. Comparandi titulus apud Muratorium 1899,7 (Corp. X 1276*, sed genuinus iam editori visus) *habeat partem cum gezi*, quem protulit Le Blant *inscr. chrét. de la Gaule* I p. 291, et supra n. 262 *lepra prosapia*(*m*) *sorbeat sua*(*m*).

V. 10. 11 *sec*[*lusus eter*]*nis* [*suppliciis condemnetur cum diabolo et angelis suis*] supplevit Fita, comparans concilii Toletani III a. 589 canonem X: *siquis* cet. . . ., *a sancta communione et a liminibus ecclesiae habeatur extraneus*, et similia.

Ceterum observa litterarum formas A et ⍲, U et V iuxta usurpatas. Sermonis et scripturae rusticitas, quae eius aetatis est, perspicitur in *Eolalius, confessori* — pro genetivo. nisi dativus consulto iuxta genetivum ponitur —, *abtus, lebra, abeat, leminibus, eclesie, a communionem sanctam.* Etiam *sed siquis vero* abundanter dicta huc pertinent. Reliqua satis emendate dicta et scripta sunt, videlicet e consuetudine aetatis melioris.

---

337 Emeritae rep. una cum n. 338, servabat ibi Iohannes Grajera; tabula marmorea alta m. 0.56, lata 0.48; litteris altis m. 0.04. Extat *Badajóz* in museo municipali.

titulus serto lauri cinctus

FLORENTIA
FAMVLA DI VIX ◡
ANN XXV M V D·XVI
REQVIT IN PACE
DII IDVS MARTII
⌾ ERA DLII

d. XIV m. Mart.
aera 552
p. C. 514

Fita *bol. de la Acad.* IX 1886 p. 399 cf. V 1884 p. 329, cui misit Thomas Romero de Castilla.


Ectypum nondum obtinui, sed promisit Marchio de Monsalud. Initio videtur deesse solitum chrisma.

Florentia famula d(e)i vix(it) ann(os) XXV m(enses) V d(ies) XVI, requ(iev)it in pace d(ie) II idus Martii (?) era DLII

De *die II idus* v. n. 332. *Martii* pro *Martias* observandum, genetivus etiam alibi non raro usurpatur.

---

338 Emeritae, rep. una cum n. 337, servatur in urbe *Badajóz* in museo provinciali; tabula marmorea ab utroque latere scripta, alta m. 0.62, lata 0.45, litteris altis m. 0.04.



avicula ☧ *avicula*
FORTVNA FAMV
LA DEI VIXIT
ANNOS XXV
REQVIEVIT
IN PACE SV
Δ ΔIE XIIII
KALENDAS
MARTIAS C
ERA DCXXXVIIII

in parte postica

☧ FVRTVNA †
FAMVLA ΔEI VIXIT
ANNOS XXV Є
R IN
PACE DIE XIIII KA
LENΔAS MARTIAS
ERA DCXXXVIIII

d. XIX m. Febr.
aera 639
p. C. 601

a Descripsi ex ectypis, quae misit Marchio de Monsalud.

Fita *bol. de la Acad.* IX 1886 p. 399 cf. V 1884 p. 329 cui misit Thomas Romero de Castilla.


Fortuna famula dei vixit annos XXV, requievit in pace sud die XIIII kalendas Martias c . . . (?) *era DCXXXVIIII*

Posticae exemplum videtur prius inscriptum et deinde propter vitia commissa in nomine et in aerae repetitione v. 3 denuo insculptum esse.

V. 5 *su|d die* pro *sub die* notandum; sed videtur quadratarius voluisse B, sculpsisse Δ. 8. Quid c significet in fine addita, quae deest in posticae titulo, ignoro; vix erit c(*urrente*).

---

339 Emeritae, rep. in agro dicto *los siete lechos*, prope *los Caminillos*, per Urbanum Fernández Montenegro, qui dono dedit Museo. Tabula alta m. 0.45, lata 0.36, litteris altis m. 0.04, saec., ut puto, IV exeuntis; nam videntur satis antiquae esse.




Descripsi ex ectypo misso a Marchione de Monsalud; Fita *bol. de la Acad.* XXIX 1896 p. 259.

Lupercus fidelis receptus in pace, vixit an(nis) XXX

Supra v. 1 chrismatis vestigia supersunt. De *receptus in pace* formula in Baetica — sed vide n. 36 — frequenti cf. supra n. 46 et praefatio p. X.

340 Emeritae, rep. in curte domus quae dicitur *Casa de Perero, calle de Moreno de Vargas*, tabula marmorea alta m. 1.04, lata 0.59, crassa 0.06, litteris inaequalibus, altis a m. 0.05 ad 0.03.



d. XXVIII m. Iun. aera 570 p. C. 532

Descripsi ex ectypo misso a Marchione de Monsalud, qui ed. *bol. de la Acad.* XXXI 1897 p. 400.

Marcella famula dei vixit annos plus minus XXXV, requievit in pace d(ie) IIII kal(endas) Iulias era DLXX as (i. e. *quingentesimas septuagenas?*)

V. 2 FAMVLA pro FAMVLA.
V. 7 ∂LXXV editor, contra ectypum. Ad *as* in fine cf. n. 316.
Initio crucis vel chrismatis signum cum lapidis parte superiore videtur interiisse.

341 (= I. H. C. 12) Emeritae, tabula marmorea rep. *en la Rambla de Santa Eulalia,* ex adverso ecclesiae eius Sanctae, alta m. 0.39, lata 0.33, crassa 0.03. Litteris altis m. 0.04, inscriptis intra coronam lauream.




d. III m. Febr.
aera 556
p. C. 518

Descripsi ex ectypo, quod misit Marchio de Monsalud, qui ed. *bol. de la Acad.* XXXI 1897 p. 400.

Maria famula dei ·[v]ixit annos [X]XVIIII nonas requievit in pace d(ie) III Februarias era DLVI

V. 1—3 olim viderat Velazquez; fragmentum iam completur. V. 2 F similis evasit E litterae, ut in n. 340.

342 Emeritae, rep. extra oppidum pone *El Conventual*, fragmentum tabulae marmoreae altum m. 0.44', latum 0.28, crassum 0.07, litteris altis m. 0.05; saeculi fortasse septimi.



d . . . Jan.?
aera 632
p. C. 594?

aera . . . ?


Descripsi ex ectypo misso a Marchione de Monsalud, qui ed. *bol. de la Acad.* XXXI 1897 p. 401. Videntur esse tituli hominum duorum in lapide uno coniuncti.

a. . . . . *die* . . . . . *Ianua*]*rias* (sive *Februarias*) [*era DC*] *XXXII*

b. . . . . *usus famul*(*us*) *d*(*e*)*i* | . . . *ens d*(*omi*)*no vixit* | *annis* . . . *m*]*ens*(*ibus*) *VIII* *d*(*iebus*) *X* | . . . . *req*]*uievit in pa*[*ce die illa mensis illius*] *era* . . . .

b. Nomen defuncti certo supplere nequeo, nam pauca novi in . . *usus* desinentia. Quod sequitur initio versus alterius . . . *ens d*(*omi*)*no* — nam ENS videtur in lapide esse, non LIVS — ab editore [*confit*]*ens* fuisse creditur, quod comparat cum confessore tituli n. 336. Sed vide ne [*fid*]*ens* fuerit.

343 Emeritae, fragmentum tabulae marmoreae, repertum in domo quadam sita in ambulatione suburbii extrema, altum m. 0.28, latum 0.25, crassum 0.03, litteris altis m. 0.04, cum corona laurea diametri m. 0.40, bonis.



d. . . .
aera 52 . . .
p. C. 482?

Marchio de Monsalud *bol. de la Acad.* XXXII 1898 p. 433.

Fita supplevit: . . . *fam[ul]a dei* | *vixit a]nn(is) X* . . . . | *requievit] in p(ace) d(ie) III id(us)* . . . . *era* ∂*XX* . . . .

---

344 Emeritae, rep. *en la calle Vespasiano*, circa aquaeductum *de los Milagros* sive *de Albarregas*, ubi intrat in oppidum; fragmentum tabulae marmorae, quod apparuit denuo, altum est m. 0.37, latum 0.12, crassum 0.035. Litterae altae sunt m. 0.04. Infra est corona laurea, quae titulum cingebat.



d. 22? 25? 26? m.?
aera 500?
p. C. 462?


Descripsi partem vv. 2—4 ex ectypo misso a Marchione de Monsalud, qui ed. *bol. de la Acad.* XXXI 1897 p. 401.

.... *vix]it a[n|nis ...... re]quiev[it | in pace d(ie) VII kal(endas) | ..... era D ....*

Editor putabat partem esse tituli supra n. 26, cuius versus 2 ad 5 aliquam cum hoc fragmento similitudinem habent; sed accuratius inspicienti et comparanti tamen diversi esse apparent, potissimum v. 4 et 5.

---

345 Emeritae, fragmentum tabulae marmoreae rep. *en la calle de Alfonso IX* ex adverso ecclesiae Sanctae Eulaliae, altum m. 0.44, latum 0.42, crassum 0.05, litteris fugientibus, altis m. 0.06. Servat in *Almendialejo* editor.



Descripsi ex ectypo Marchionis de Monsalud, qui ed. *bol. de la Acad.* XXXI 1897 p. 402.

Editor putabat partem esse tituli n. 331, sed litterae vv. 2 et 3 minime cum illo conveniunt. V. 3 in. IS editor; mihi visum est V fuisse.

346 (= 41) Emeritae, iam in museo. fragmentum tabulae marmoreae altum m. 0.38, latum 0.19, litteris altis m. 0.03, saeculi puto VI.



titulus serto lauri cinctus

† ЄΝ
Θ Α Κ · Τ
Τ Η C Λ Β
δ Ι Α Κ Ο Ν
Β Ι C Ι Ν δ Є
Ι Η C /// ///

Descripsi ex ectypo quod Fita misit, qui ed. *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 87,50.

ἔνθα κατα[κί]τη Σανβ . . . διάκον[ος] βίς ἰνδε[κτίωνος] . . .
ἰη . . . .

Emendantur exempla mala Bayeri, quod tamen praestat utpote profectum ab homine perito et Graece docto, et Cornidis, quae sequi debebam.

V. 2 κ utrum cum Α conexa sit an sequatur Α minor non satis perspicio in ectypo.

V. 3 ΓΗCΑΒ Bayér, ΤΗ ◁ ΝΒ Cornide, ΤΗ ΣΑΝΒ . . . Fita, cum nexus typis reddere non posset.
Quae in ectypo vidi aut CΑΝΒ aut CΑΙΒ significare possunt.

V. 4 in. Τ Bayer, d Cornide, Λ Pita, δ perspicua est.


V. 5 Ι///CΙΝΛЄ Bayér, SICINδE Cornide, ΒΙΣΙΝΔЄ Fita. Β initio videtur certa esse.

V. 6 ΜΗΤ'///// Bayér, ιδΓ Cornide, ΖΗΣ·ΕΤ:Μ . . . Fita, quae in ectypo non video.

Nomen *Sanbatius* pro *Sabatius* sive *Sabbatius* fuisse proposuit Fita, fortasse recte; sed potest etiam cogitari de *Sambas* sive *Sambos*.

---

347 Emeritae, fragmentum tabulae marmoreae rep. una cum n. 334; servat Plano. Altum est m. 0.25, latum 0.12, litteris altis m. 0.05 ad 0.04, saeculi puto VI.




Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 85,44.

. . . . . *s fam[ulus dei, vixit a]nnos . . . ., req[uievit in pace die . . .] kal(endas) D[ecembres? er]a D* .·. . .

V. 1 in. s non satis certa est. V. 4 Δ etiam ad *kal(endas)* vocabulum potest pertinuisse.

348 Emeritae, rep. *en la calle de San Albin,* fragmentum tabulae marmoreae altum m. 0.16, latum 0.17, crassum 0.03, litteris altis m. 0.04. Servat in *Almendralejo* editor.




Descripsi ex ectypo misso a Marchione de Monsalud, qui ed. *bol. de la Acad.* XXXI 1897 p. 403.

[Φλαουιά]†νε† | ἐν μην[ί] | τρίτε † [ἔτει . . . .

V. 1 [Εἰρή]νη supplevit editor.

V. 3 Τρίτε, i. e. τρίτῃ, videtur positum pro τρίτῳ, ut indicaretur puellam defunctam esse mense vitae tertio; anni indicatio fortasse sequebatur, ut litterae unius vestigium indicat. Aliam explicationem non invenio.

349 (= n. 15*) *Almendral,* extat in ecclesia S. Petri in pavimento ante altare maius, tabula marmorea magna alta m. 0.40, lata 0.70, litteris altis 0.08. Forma litterarum indicat titulum saeculi esse fere XV, sed probabiliter statuitur textum repetitum esse ex titulo multo antiquiore, fortasse saec. VI. Etiam palumba initio posita fortasse sequitur exemplum antiquius.




Descripsi ex ectypo a Marchione de Monsalud misso Fitae m. Aprili a. 1897. Ediderunt praeter eos, quos indicavi ad n. 15*, Solano de Figueroa Altamirano *historia eclesiastica de la ciudad y obispado de Badajoz* (a. 1664, ms. servata in bibliotheca academiae historicae Matritensis) Cap. V § 8 et Fita *bol. de la Acad.* XXX 1897 p. 506 ss. cum docto commentario.

Cum non *beati* scriptum sit in lapide, sed *bcti, benedicti,* et desit *abbatis* vocabulum, quae ambo Yepes habet, cogitandum esse non de sancto Mauro claro sancti Benedicti discipulo Italo, sed de Hispano quodam eiusdem nominis benedicto exposuit Fita; fortasse recte. Sane non absimilis est titulus, in quo reliquiae sancti, defuncti anno p. C. 589, dicuntur repertae esse d. 12 m. Mart. a. 845: '*hic requiescit corpus beati Mauri*' *monachi et*

levitae qui tempore Theodeberti regis in Galliam venit et octavo decimo kalendas Februarii migravit a seculo (Acta SS. Bolland. I, Venetiis a. 1774, p. 1056); scilicet quae addita sunt verba videntur e chronicis addita esse, ut observavit Fita. Idem comparavit quod in titulo Gallico saec. V legitur *Eufrasius benedictus in pace* apud Edmundum Le Blant *inscript. chrét. de la Gaule* n. 398; *hic iacet corpus* est in titulo Hispano anni p. C. 624 (supra n. 138), *in hunc tumulum requiescit corpus* in alio anni p. C. 662 (supra n. 99), *hic reconditum est corpus* in anni incerti alio (supra n. 74); cf. n. 86 anni 649. Tamen scrupulus restat, num fortasse Hispani sanctorum Benedicti et Mauri asseclae eius illud sibi persuaserint corpus Mauri in Hispaniam translatum esse. Qua de re iudicabunt historiae sanctorum me peritiores.

350 *La Torre de Miguel Sexmero (sive Torre del Almendral), partido judicial de Olivenza, provincia de Badajoz,* lapis insertus muro vetusto ecclesiae parochialis *de la Purificación de $N^a S^a$*, longus m. 0.55, latus 0.25, altus 0.12; litteris altis v. 1 m. 0.035, v. 2 m. 0.05, quae possunt saec. IV esse.




Descripsi ex ectypo misso a Marchione de Monsalud, qui ed. *bol. de la Acad.* XXX 1897 p. 485. Comparandum esse vidit Fita titulum Oretanum n. 386.

[fe]lix, amem, felix Castrice [e]x officina Aviti utere

Felix coniungendum cum *utere;* nam *utere felix* est formula sollemnis. *Amem* interpositum similiter atque *amabo* sermonis familiaris; nisi *amen est*. Initio possunt deesse litterae plures, a lateribus singulae vel binae tantum locum habent.

351 *La Torre de Miguel Sexmero,* fragmentum marmoreum altum m. 0.20, latum 0.15, litteris altis m. 0.06, aetatis inferioris, i. e. saec. fere VIII vel IX.




Descripsi ex ectypo misso a Marchione de Monsalud, qui ed. *bol. de la Acad.* XXX 1897 p. 487.

. . . . *to* . . . (*vel* . . *eio* . . .) *de* [*positus?*]

Ad quale nomen litterae v. 1 pertinuerint non invenio.

352 *Almendralejo, en la Vega de Harnina,* chiliom. 2 ad septentriones et occidentem ab oppido, inter fragmenta multa vetusta, fragmentum tabulae marmoreae altum m. 0.12, latum 0.07, formans angulum dextrum tituli inferiorem. Litterae altae sunt m. 0.03.



Descripsi ex ectypo misso a Marchione de Monsalud, qui ed. *bol. de la Acad.* XXX 1897 p. 495.

Fita supplevit:

[*migravit ab hoc s*]*eclo* [. . . . *era* . . . . *i*] ı.

De aliis quoque supplementis cogitare licet.

---

353 In deserto dicto *Orbiga,* in crypta prope S. Mariam *de las Albueras* vici *Puebla nueva,* rep. a. 1871; extabat Talaverae *de la Reina* apud dominam Mercedes Delgado, inde ab a. 1881 est Matriti in museo archaeologico. Sarcophagus marmoreus anaglyphis ornatus, mensurae non indicantur; tituli scripti sunt in summo margine.


SIMON CHANANEVS · IACOBVS ALFEI · THOMAS · FILIPPVS · *iacobus paulus*

petrus · AN*dreas iohannes barthol*OMEVS · M*att*HEVS · *ebbaeus*

Christus sedens, utrimque apostoli seni stantes

Ioh. Ficker misit accuratissime a se descriptum; Ludov. Jimenez de la Llave *noticia del sarcófago cristiano-romano* cet. *de S^a M^a de las Albueras* cet. ms. a. 1871 (inde Fita *bol. de la Acad.* II 1882/1883 p. 251); A. F. Guerra *Museo español de antigüedades* VI 1875 p. 591 cf. p. 599 et *bol. de la Acad.* II 1882/1883 p. 287 ss.; Fita ib. IV 1883 p. 289 ss. (et *Novisimo año cristiano* cet. vol. I, Matriti 1881, p. XXIII), ubi addita sunt fragmenta quaedam marginis antea nondum edita. Guerra ita legerat et supplevit: *Simon Chananeus, Iacobus Alfei, Thomas, Philippus,* [*Paulus, Petrus, Ioannes, Iacobus Zebedei, Bartho*]*lomeus,* [*Andreas, Matt*]*heus*' [*Thaddeus*]. Correxit lectionem et supplementa Fickerus.

354 *Belvis de la Jara*, qui est vicus situs inter Caesarobrigam et Augustobrigam Lusitaniae orientalis oppida, ubi prodierunt tituli aetatis vetustioris (C. II 5349—5351), tabula lapidea rep. in loco dicto *la Barranca blanca del castillo* prope praedium *las Herencias* ad ripam Tagi sinistram. Alta est m. 0.49, lata 0.31, crassa 0.028; servat inde ab a. 1894 Academia historica Matritensis dono Froilani Fernandez de León. Partem fere tertiam a dextro latere deesse probabile est, ut tabula olim lata fuerit circiter m. 0.46. Litterae partis superioris altae sunt m. 0.02 ad 0.03, partis inferioris 0.015.



N VIEV EBIAE
ONEADINTEG CONSEQATVR
EIATE SALVC GREGESETINQV
TEGRVM CONSEQATVR VTVBIQ
ILQVOD AVCMENTAVERINT SECV
ATIS CIRCA DEVOTASOMNIINVI
ERVETRADIETCENTV̄LIBR·AVRI

APERTINENT
DISTRINGERE REGVM PATERNAS DAMO
CENTA PATER ECO . . . . . . TAL . . . .
. . . CERRORIBV . . . VTR . . . .
EDITVS . . . B . . . . . TEMPORE VeL RatiONE
A . . N

ID MARCIAS AERA DCX FELICITER
Æ . . V . C
CONS

Dubito inter alia imprimis de *Marcias* lectione; aeram fortasse recte Fita exhibuit. Idem Fita partem antiquiorem ita supplere studuit:

a . . . . *it]em Eu[s]ebia quiete [dum vixerit*
aequalem inter filios porti]onem ad integrũ consequatur
iure possessionis omni temporum] aetate salvo, greges et in iur[e
usu fructuario servosque ad in]tegrum consequatur aut ubiq(ue)
res ipsi provenerint v[el quod aucmentaverint secu
ndum legem heredit]atis circa devotas; omni invi-
dioso oculorum orbes] eru[i] tradi et centū libr(as) auri

Supplementa quam incerta sint apparet; meliora nondum inventa sunt.

Descripsi ex ectypis et imagine photographa a Fita missis anno 1894; idem ad archetypum ed. *bol. de la Acad.* XXX 1897 p. 428s.

Apparet lapidem olim continuisse textum saeculi fortasse VI vel VII, qui paene totum tegebat; supersunt vv. circiter undecim vestigia. Ei saeculo VIII superscriptus est recentior versuum septem. Lectio tam est difficilis, ut quibus ectypa legenda tradidi viri doctissimi Nicolaus Müller theologus Aemilius Seckel et Carolus Zeumer iure consulti collegae mei omnes pauca tantum expedire potuissent; nemini vero contigit, ut textum recentiorem plene legeret et suppleret; vetustiorem ne attingere quidem ausi sumus. Tamen adieci, cum e lapide excepta sit, lectionem partis inferioris a Fita propositam, quamquam valde incertam esse ipse non ignorabat.

PARS SECVNDA

B A E T I C A

I. CONVENTVS HISPALENSIS.

n. 45—47

48

49 E Morale repetivit Gregor. Mayans epistula ad P. Burmannum in Anthol. veterum epigrammatum Latinorum vol. II p. XV; ex Inscr. Hisp. christ. Buecheler carmina epigr. n. 789.

Versiculum qui est *respicis angustam praecisa rupe sepulcrum* initium esse carminis, quod in sepulcrum Paulae composuit Hieronymus in epistula ad Eustochium (108,34), adnotavit I. B. de Rossi inscript. christ. urbis Romae vol. II 1 (1888) p. 226. Idem antea iam observaverat Edmundus Le Blant *Journ. des Savants* a. 1873 p. 326, qui addit redire eundem versum etiam in aliis inscriptionibus christianis. Extat C. X 1195 = Buecheler carmina epigr. n. 788. *Hospitium Paulae* Hieronymus; idem olim supplevi Hieronymi versum non cognoscens.

50 v. infra n. 357

51 E schedis quibusdam manu scriptis, sed deterioribus illis quam quas ego secutus sum, profert Martinez *el libro de Jeréz* p. 46; ut adnotat Fita *bol. de la Acad.* XXX 1897 p. 349.

52. 53

54 Exhibent etiam Nicol. Diaz y Perez *Estremadura* (*España, sus monumentos* cet., Barcinone 1887) p. 656 et Martinez *el libro de Jeréz* p. 488. Cf. Fita l. s. s. p. 351.

55 Buecheler carmina epigraph. n. 854. V. 2 *florea[t hi]s portis cara cum coniuge sacris* proposuit Buech. pro *floread sportis — sacris,* quod traditur; nescio an recte. Idem titulum eiusdem fere putat aevi esse atque n. 143.

56

57 Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 143, 122 et XXX 1897 p. 418. Lucretiae martyris una cum Eulaliae basilica extabat Emeritae secundum Paulum diaconum de vita patrum Emeritensium c. 7, ut idem adnotat; unde non corrigendum v. 5 LVCRETIAE nomen in ENCRATIAE, ut quidam voluerunt. V. 2 fortasse pro SACRI ESTEPHA legendum est S̄C̄ORVM MARTVRVM, quod a sensu exigitur. Sed corruptela mirabilis est.

58. 59

60. Repetivit Achilles Statius in vocabulario ecclesiastico manu scripto cod. Vallicell. B 105,52; nescio unde.

61 *Monumentos arquitectónicos de España* fasc. 60.

62. 63

64 Iam est Londinii in museo Britannico.

65 Repetivit Gregor. Mayans l. s. s. (ad n. 49); *Monumentos arquitectónicos de España* fasc. 65; Buecheler carm. epigraph. n. 1392, qui v. 1 supplevit *communi [sede regna] beata tenes.*

66 et 68. Titulos hosce editos esse etiam in libro 'Civitates orbis terrarum' lib. III tab. 7 adnotavit Emmanuel Gomez Moreno.

67

68 v. n. 66

69—74

75 Hispali servabat Gago, ubi descripsi a. 1881; iam est ibidem in museo municipali.

V. 6 |TIO ĒPS in lapide est, non RO ĒPS; ut dederat Delgado.

76 Additam. Britannica p. 2*. Edita *Monumentos arquitectónicos* fasc. 52 tab. fig. 7. De Leovigildo et Hermenegildo regibus commentatus est dissertationibus variis Franciscus Görres *über die Anfänge des Königs der Westgothen Leovigild* in *Forschungen zur deutschen Geschichte* Vol. XII 1872 p. 591ss. cf. vol. XIII 1873 p. 633ss., *über den Aufstand und das Martyrium Hermenegilds* in *Zeitschrift für historische Theologie* 1873 p. 1ss., *Hermenegilds Stellung zum Katholicismus* ib. p. 533ss.

Verba in fine posita *ducti Aione* Guerra putabat significare '*duce Aione*'; Aio enim nomen vetustum Ibericum in titulis saeculorum I et II non paucis extat. Sed vix hoc pertinet ad saeculum VII; et *ducti*, non *duce*, in lapide clare legitur. Itaque significatio vocabulorum obscura manet.

77—84

85 V. 2 ID est *id est*; cf. n. 267. Correxit errorem meum inter alios Edmundus Le Blant *Journ. des Sav.* 1873 p. 320, qui praeterea observavit multisque testimoniis probavit reliquias sanctorum hic et alibi memoratas non intellegendas esse particulas corporum vel vestitus, qualia posteriore demum aetate distribuebantur, illa vero aetate dissipari nefas habebatur, sed olium ex ampullis desumptum, quae ante sepulcra sanctorum suspensae erant. Ita etiam explicari quod reliquiae Sanctae Eulaliae non Emeritae tantum, sed variis praeterea locis extabant; cf. n. 57. 80. 89. 175.

86 Buecheler carmina epigraph. n. 722.
V. 13 (7 carminis) *hic* scriptum est pro *hinc*.


87 De titulo hoc atque de reliquis Asidonensibus christianis verba fecit Marianus Pardo de Figueroa Asidonensis amicus, scriptor epistularum clarus et indefessus, quem propterea dicunt *el cartero honorario* Hispani, in epistula ad Iosephum Butron y Parra data, quae inserta est ephemeridi *el Diario de Cadiz* a. 1868; neque vero potuit explicare vocabula *leperore vomii sed sacr.* Emmanueli Gomez Moreno Granatensi visum est legi posse *sepe rore vomit(i) sed(et) sac(e)r(dos)*, ut *saepe rore vomiti* sit pro *lacrimis peccati*, *sedet* autem significet *sedet paenitens*; vix probabiliter.

88 Reperta est a. 1800 in colli *del Caracol* prope *Alcalá de los Gazules*; accurate delineatam vidi apud Aurelianum Guerra.

89

---

355 *Salvatierra de los Barros*, quae medio quodam loco sita est in regione vestigiis vitae antiquae abundante; fragmentum altum m. 0.24, latum 0.14, diversum omnino a sequente (n. 356); litteris paulo maioribus quam illud, altis m. 0.03 ad 0.04.



I I O R E I
POTERAS
ISRADIARF
SA PROVI
' C O R D S


Descripsi ex ectypo quod Marchio de Monsalud misit Fitae, is mihi; idem Fita ed. *bol. de la Acad.* XXX 1897 p. 354.

V. 1 LIC vel LIS Fita, quod non video in ectypo. Fortasse est ω chrismatis A☧ω.

V. 2 in fine V Fita, ego video hastam rectam I.
Poema esse vidit Fita, qui supplevit ita:

[Mundo fe]lic[em peragens in cor]pore v[itam,
Sidereum] poteras [ocul]is radiare [decorem.
Cel]sa(m) pro vi[ta co]ncordi s[candis in aedem,
Rex ubi Christus adest, quo te mea vota secuntur.]

356 *Salvatierra de los Barros;* fragmentum altum m. 0.15, latum 0.21; litterae altae m. 0.02.




Descripsi ex ectypo quod misit Fitae Marchio de Monsalud; Fita *bol. de la Acad.* XXX 1897 p. 354 qui supplet:

. . . famulus d]ei
vixit annis . . . recessit i]n pa(ce)
. . . die]s
[era]

Sed *pa* pro *pace* vix tuetur, quod affert. *Ispā* pro *Ispalensi* in titulo n. 76. Reliquiae nimis exiguae quam quae apte explicari et suppleri possint. Tamen adscripsi, si forte reliqua adinveniantur.

357 (= 50). Extat in *Jerez de los Caballeros* in ecclesia S. Mariae, quae denuo aedificata est saec. XVI, in fuste columnae marmoreae superstitis ex ecclesia vetere, alto m. 0.17, lato 0.30; litteris non admodum bonis, altis m. 0.03 ad 0.05, similibus eius, quas habet n. 60.



d. XXIV m. Dec.
aera 594
p. C. 556

D · VIII · KL IANVARI
AS ERA D XXXIIII -
DEDICATA EST HEC ECE
SIA SCE MARIE -

Descripsi ex ectypo optimo quod mihi utendum misit Aurelianus Guerra, qui inde edidit in ephemeride *la Ilustración católica* a. 1881; Nicol. Diaz y Perez *Estremadura* (*España* cet. Barcinone 1887) p. 656; Martinez *el libro de Jerez* (Hispali 1892) p. 44; Fita *bol. de la Acad.* XXX 1897 p. 346 ss. ex ectypo misso a Marchione de Monsalud, quod ab illo item accepi. Hoc supra repraesentatum.

V. 2 aerae numerus clare apparebat in ectypo Guerrae; x prior cum L coniuncta numerum efficit, quem supra posui, commendatum praeterea eo quod illo anno, non aerae 584, dies natalis Christi, quo dedicata est basilica, incidit in diem dominicam. Exemplum antea a me editum secundum auctores antiquiores, pessime eos descripsisse denuo demonstrat.


357a Prope aediculam dirutam *de San Vicente*, chiliom. 2 a *Burguillos*, in via versus *Jerez de los Caballeros*, lapis altus et crassus circiter m. 0,50, latus 0.60.

intra coronam lauream
litterae evanidae

Matthias Raimundus Martinez *bol. de la Acad.* XXXIII 1898 p. 189 qui putat inscriptionem fuisse aetatis visigoticae.

---

358 *La Puebla de Sancho Pérez*, circiter chiliom. 1 a *Zafra* urbe versus meridiem, in territorio Contributae Iuliae Ugultuniaci (v. C. II p. 131), ut creditur, fragmentum tabulae marmoreae altum m. 0.25, latum 0.30, crassum 0.03, litteris admodum tenuibus altis m. 0.06.



d. XVIII m. Martii
aera 668
p. C. 630


AN III Ɽᴼ VIEVI IN
SVB D XV KÆENDARILS
ERA ĆCⱿXVIII

Marchio de Monsalud *bol. de la Acad.* XXXII 1889 p. 434.

... *an(norum) III, requievit in [pace] sub d(ie) XV kalendas Apriles*
era DCLXVIII

V. 1 Pedes litterarum quae supersunt recte supplevit editor. Nexus earum singulares sunt.
V. 2 Observa formam B et S litterarum.
V. 3 In aerae numero L et X sive X — conexae sunt more solito.

359 *Alanje,* rep. in deserto dicto *las Arguijuelas,* inter ripam Anae dextram et territorium oppidi *Torremejia,* tabula ex marmore fracta, longa supra m. 0.37, alta m. 0.26, crassa 0.04. Litterae altae sunt m. 0.04.




ATVR XROFORI SCI
ꟾIT PERPETVA PAX
ꟳGREDIENTIBVS

Descripsi ex ectypo misso a Marchione de Monsalud, qui ed. *bol. de la Acad.* XXXIII 1898 p. 157 et supplevit ita non sine probabilitate:

[hic aditus d]atur Christofori s(an)c(t)i [ad limina sacra s]it perpetua pax [ingredientibus et] egredientibus

360 *Burguillos,* rep. m. Nov. a. 1897 prope collem dictum *de Guruviejo* sive castellum *de Burgos el viejo* (?), chiliom. 1 *de Granadoro* et m. 0.50 versus septentriones a via ad *Jerez de los Caballeros,* in campo *de las Bragadas,* chiliom. 5 amplius versus septentriones et 1 a *Guruviejo,* in fundo de *Matapollito,* iuxta desertum dictum *de Juan Benitez,* crux aenea parva, eiusdem magnitudinis (m. 0.22) atque quae sequitur imago. Servabat Siro Garcia de la Mata, fundi dominus.



Fita misit delineatam accurate a Matthia Raimundo Martinez; eius delineationem supra exhibui. Martinez ed. *bol. de la Acad.* XXXII 1898 p. 191 et 353 ss.

† *Off(ert) Stefanus eclisie s(anct)e c(rucis) in Ianisi*

Lectio certa, interpretatio vocabulorum quae post *eclisie* sequuntur incerta; nisi Ianisium loci alicuius nomen est. Ibidem in pavimento tessellato litterae dicuntur extitisse ЄSC, *e(cclesia) s(anctae) c(rucis)?*

361 Sine loco **Anthol.** Hispali probabiliter tribuit **Rossius.**

a *Versus inscripti parietibus tribunalis, i. e. bematis basilicae, referendi ad cathedram episcopi:*

Sp(iritu)s hic homines celesti dogmate complet
Adque per hos hominum sp(iritu)s ipse docet

ad diaconicum, ubi ministri vasa sacra parabant:

Sub terrore dei metuentes ite ministri,
Qui vasis fertis munera s(an)c(t)a sacris

ad chorum, i. e. scholam cantorum:

Sola ministeriis via competit ista supernis, *sic*
Dum populos sacris segregat ipsa choris

ad bibliothecam et sacros libros ibi servatos:

Qui meditari vis laudes et cantica Chr(ist)i,
Hic promtos animos subde bonis studiis.
Hic timor, hic doctrina datur, hic corda docentur,
Hic viget inde bonum, hic ruit inde malum.

ad baptisma, confirmationem, eucharistiam, cum baptisterium cum tribunali cohaereret:

Carne, cruore pio limfaque et crismate sacro
Hic d(eu)s est homines vivificare potens.

De sede sive sepulcro sanctorum:

b Glorificat nostra pax quos contemserat hostis,
Et onor est potior his quam concussio leti.
Nos dedimus sedem* istis cum laude perenni,
Vos traite famulos in regni sorte futuri.

c *Tetrastichum subiectum imagini Iohannis Evangelistae:*

Transgrediens celos verbum patris i(s)te Iohannes
Repperit et reserat qui Chr(ist)i pectore sumsit,
Virginis officio dignus qui virgo perennis
Accepit servare d(e)i in tempore matrem.

Ex Anthologia Hispana saec. VIII ed. I. B. de Rossi inscript. christ. urbis Romae II 1 (1887) p. 295. Tria haec epigrammata in codice cum uno ductu exarata et a superioribus longo intervallo disiuncta essent, sequeretur vero epitaphium Leandri cet. (n. 362) certo urbi Hispalensi tribuendum, illa quoque olim in basilica Hispalensi inscripta fuisse statuit Rossius summa cum probabilitate. Atque *b* sane convenire tali loco patet; *a* et *c* ita comparata sunt, ut pro exemplis ubiubi adhibendis videantur habenda esse, non certae alicui ecclesiae destinata. Ceterum *a* potissimum stili esse, qui antiquitatem sapiat longeque melior sit quam elogiorum saeculi VI reliquorum, quae servavit Anthologia Hispana vetus, idem adnotat. Distributionem versuum singulorum in epigrammate *a* indicavit Rossius; idem praeivit titulos versuum supra adscriptos, qui non sunt in codice.

a V. 1 s͞ps *Anthologia.* docmate *Anthologia.*
2 *hos* addita aspiratione prava more Hispano pro *os.*
4 s͞ca *Anthologia.*

Ad. v. 5s. cf. Rossi inscript. christ. urbis Rom. II p. 21,14; Buecheler carm. Epigr. Lat. n. 918: *scandite cantantes d(omi)no d(omi)numque legentes: ex alto populis verba superna sonent.*

V. 7 xp̄i, ut *c* V. 2 *Anthol.*
11 limfa recte scribitur e consuetudine saeculi IV.
12 d̄s *Anthol.*, ut d̄i *c* V. 4.
b V. 1 *onor* omissa aspiratione more Hispano, ut *traite* v. 4.
3 istis *Anthol.*, sanctis (scis) emendavit *Rossius.*
c V. 1 patris ste *Anthologia*, ut in titulo Hispalensi n. 65 V. 13 est *lapis ste;* scilicet *i* exciderat post *is*, quod praecedit. Correxit *Rossius.*
2 reserat qui *Anthologia*, *quae* correxit *Rossius.*
4 Versus corruptus; *accepit* requiritur, *accĕpit domini servare in tempore matrem* proposuit Rossius.
Scripturae *adque, promtos, contemserat, celos, sumsit* eius aetatis videntur esse.
Hydatius testatur Vandalos, postquam irruerunt in Hispaniam a. 409, depraedasse eam annis 425 ad 428 et *capta Hispali manus in ecclesiam civitatis ipsius extendisse* (chron. p. 17 et 21 Momms., ed. Bruxell. a. 1845 p. 72); ad illa tempora epigramma *b* videtur respicere.

362 Sine loco **Anthol.**, sed Hispali recte tribuerunt Isidori operum editores et tribuenda esse haec epigrammata res ipsae in iis memoratae demonstrant, ut cum antiquioribus vidit **Rossius.**

Epitafion beati Leandri Ysidori et Florentine; superne imagines sanctorum trium in pariete pictae extabant.

Crux hec alma gerit sanctorum corpora fratrum
Leandri Isidorique priorum ex ordine vatum,
Tertia Florentina soror, deo vota perennis,
*Eo posito consors hic digna quiescit;
Isidorus in medium disiungit membra duorum.
Hi quales fuerint libris inquirito, lector,
Et cognosces eos bene cuncta fuisse locutos,
Spe certos, fide plenos et super omnia castos.
Dogmate sanctorum cerne crevisse fideles
Ac red⟨di⟩ domino, quos impia iura tenebant.
Utque viros credas sublimes vivere semper
Aspiciens sursum pictos contende videre.

Obiit felicis memorie Leander episcopus
die II idus Martias era DCXL — aera 640 p. C. 602
Obiit sancte memorie Isidorus episcopus
die II Nonas Apriles era DCLXXXIII[I] — aera 683 p. C. 645
Obiit pie memorie Florentina deo vota
V kalend. Septembres era DCLXXI — aera 671 p. C. 633

Ex codd. Isidori Arevalo in Isidori operum vol. I (Romae 1797) p. 35, ex Anthologia Hispana saec. VIII I. B. de Rossi inscript. christ. urbis Romae II 1 (1887) p. 296 adiectis Holstenii emendationibus, e codd. Isidori post C. Caietanum et alios ibid. p. 255.
Titulum ita epitaphium beatorum cet.' exhibet *Arevalo.*
V. 2 priorum *Anthol.*, quod tolerari potest; piorum *Holsten.*, aptius. Vates dicuntur episcopi, ut supra n. 333.
3 Tercia *Anthol.*, quae scriptura non videtur saeculo VII tribui posse; cf. v. 13.
4 Versum uno pede claudum vario modo emendare studuerunt viri docti:
et posita consors sic ⟨eorum⟩ digne [digna *Arev.*] quiescit, *Arevalus* et *Caietanus*,
et posita amborum consors hic digna quiescit *Holstenius*,
deposita et consors hic tumbae digna quiescit *Rossius*,
eo⟨rum⟩ posita consors hic digna quiescit *Ludov. Traube* in censura voluminis Rossiani.

Vera lectio nondum videtur reperta esse.

V. 5 disgungit *Anthol.* In medio [sic iam *Arev.*] Isidorus disiungit *emendavit Rossius;* atque favet *Isidŏrus* flexioni quod Hispani recentiores pronuntiant *Isidro.*

6 fuerant *et* inquirite *Anthol.;* emendarunt editores.

7 Et cognosce illos *Holstenius.*

8 Ispe *pro* Spe *Anthol.* secundum scribendi rationem inde ab antiquitate frequentem, qua *s* impurae *i* vocalis praemittitur. Arevalus Caietanus Holstenius hunc versum omiserunt.

9 docmatibus (ut n. 333 v. 1) *Anthol. Arev.*, dogmate sanctorum cernens *Holstenius;* sed tradita fortasse tolerari possunt, praeter *dogmatibus* pluralem. Fuit fortasse in lapide DOGMATE, quod haberi potuit pro compendio pluralis *dogmat(ibus).*

10 ac reddomino *Anthol.*, ac re domino *Arev.*, ac re domine *Caietan.*, aeterno domino *Holsten.*

14 De *die II idus* vide quae adnotavi ad n. 330. Marcias *Anthol.*, ut supra v. 3 Tercia; neutrum referri potest ad pronuntiationem Hispanam cum Rossio, cum nulla eius sibilationis exempla extent in titulis christianis Hispanis.

Era DCXLI *Arev. Caietan. Holsten.* Sed *aera DCXL obiit Leander episcopus* testatur kalendarium editum a Muratorio Script. rer. Italic. II Pars II p. 1024, ut adnotat Rossius, qui etiam de reliquis annorum notis docte disputat.


14—17 omisit *Holsten.*

16 aera DCLXXIII *Anthol.*, DCLXXIV *Arev.* et *Caietan.* ex emendatione.

18 kalend. Iulias aera DCLXXI *Caietan.* male.

---

363 Prope Hispalim rep. ante annum 1868 in deserto *de Bujalmoro, termino de la villa de Dos Hermanas,* in oliveto quod est in laeva Baetis ripa, ubi parietinae basilicae saeculo VII conditae extant. Tabula magna marmorea alta m. 0.56, longa 1.45, extat inserta parieti scalarum bibliothecae Columbinae, quae Hispali est. Litterae sunt elegantes, altae m. 0.04.



FVNDAVIT SCM HOC XRI ET UENERABILE TEMP[*lum*]
ANTISTES HONORATVS HONOR DE NOMINE CUIUS ○
POLLET IN AETERNVM ET FACTIS CELEBRATVR IN ISTIS ○
HIC ARAM IN MEDIO SACRANS ALTARE RECONDIT ○
TRES FRATRES SANCTOS RETINET QVOS CORDOBA PASSOS ○
AEDEM DEINDE TRIVM SANCTORVM IVRE DICAVIT ○
VERSIBVS AERA SVBEST ANNOS PER SAECLA RESIGNANS ○ ERA DCLX — aera 660 p. C. 622


Descripsi a 1881 et exhibeo ex ectypo misso ab Emmanuele de Campos y Munilla Hispalensi; Fita *boletin de la Acad.* X 1887 p. 342.

Fundavit s(an)c(tu)m hoc Chr(ist)i et venerabile temp[lum]
Antistes Honoratus, honor de nomine cuius
Pollet in aeternum et factis celebratur in istis.
Hic aram in medio sacrans altare recondit
Tres fratres sanctos, retinet quos Cordoba passos,
Aedem deinde trium sanctorum iure dicavit.
Versibus aera subest annos per saecla resignans. Era DCLX

V. 3 ET FACTIS ego legeram, ut habet ectypum; ET ACTIS Fita.
5 Solvi explicito hoc testimonio quaestionem tractatam ab Henrico Florez (*España sagrada* X p. 328), num tres illi martyres Cordubenses fratres fuerint necne, Fita adnotat, qui praeterea comparari iubet Martyrologium Recemundi editum a Simonetio in ephemeride *la Ciudad de Dios* vol. V (Matriti 1871) p. 206.
7 extr. lapidem male instauratum numeros ita exhibere DCLXI adnotat idem; sed cum Honoratus sedem Hispalensem occupasset a d. XII m. Maii aerae 674 (p. C. 636) ad d. XII m. Novembris aerae 679 (p. C. 641), fieri potest ut in lapide fuerit ante restaurationem DCLXXI, aera 675 (p. C. 637), ut Fita observavit.

364 In agro Hispalensi rep. esse fama est; servabat olim Hispali Demetrius de los Rios, iam est Matriti in museo archaeologico ex dono Eduardi Sanchez Hispalensis (*Inventario* No. 80); tabula marmorea alta m. 0.48, lata 0.36, litteris saeculi quinti sextive bonis, altis m. 0.05.

palumba *sertum* *palumba*



d. XXXI. m. Dec.
aera . . .

Descripsi et ectypum sumpsi a. 1886; melius misit Mélida, unde supra exhibui.


Marturia virgo intaminata vixit an(nos) LXIII, men(ses) V,
recepta in pace pr[i]die kal(endas) Ianua[rias] era . . .

V. 2 *virgo intaminata* non indicat monacham.

V. 3 Quamquam L littera I similis evasit, ut saepe in hoc scripturae genere, tamen certo numerus LXIII indicatur; non cogitandum de ANI · XIII *ann(orum) XIII*, quod virginis intaminatae memoria exigere videbatur.

---

365 Hispali, in museo; dicitur reperta esse leugis quattuor ab urbe occidentem versus. Museo dono dedit Antonius del Canto y Corrales. Tabula marmorea alta m. 0.48, lata 0.32, litteris altis m. 0.025, satis bonis.



d. XX.
m. Maii
aera 570
p. C. 532

Descripsi et ectypum sumpsi a 1881: videtur mansisse ignota, quamquam edita est in *Monumentos arquitectonicos de España* fasc. 60.

palumba † palumba *Octavius famulus dei vixit annos plus minus LI, recessit in pace d(ie) XIV kal(endas) Iunias era DLXX*


V. 2. 3 ʟ similis est ɪ litterae, v. 5 in. <ɪ poterit etiam pro cɪ positum esse, nisi longaevitas obstaret.

V. 7 aerae numerus in ectypo minus clare perspicitur, in lapide est ∂ꭓXX, i. e. DLXX.

---

366 *Jeréz de la Frontera,* rep. ante aliquot annos intra muros oppidi in domo marchionum *de Campo Real;* servat ibi Gabriel Sanchez García (*call. Larga* n. 40). Cippus altus m. 0.46, latus 0.32, crassus 0.15. Litterae altae m. 0.04 videntur esse saeculi VII sive VIII. Supra cernuntur haec:

	palumba	
astrum		*astrum*
	intra sertum	
palumba		*palumba*
	utraque florem ore tenens	



Fita *bol. de la Acad.* X 1887 p. 340 cum imagine photographa, quae supra repetita est.

Difficillima lectu, neque sine ectypo ausim interpretari, quod obtinere nondum potui.

Fita comparato titulo n. 117 legit ita: *Abundantia famu|la dei more situm | venerat que nomin*[*e*] | *in oc locum ce*[*l*]|*sum; aspice, nam cin*[*is*] *est ec magna regnante d(omi)no. Vixit annos plu*[*s minus . . . .*]

Sententia videtur haec fere esse: *Abundantia f. d. nomine, qu(a)e mor*[*t*]*e situ(m) venerat in oc (hunc) locum ce*[*l*]*sum, aspice: nam (iam?) cinis est magna* (sic) *regnante d(omi)no. Vixit annos plu*[*s minus . . . .*].

Versuum dactylicorum reliquiae agnoscuntur.

V. 2 ᴍᴏʀᴇ Fita; fortasse ᴍᴏʀᴇ *morte*.

V. 5 Fita legit *cin*[*e*], quod κοινή sive δεῖπνον, i. e. cenam domini significare, putat secundum Lucam XIV 16 et Apocalypsin XIX 9; minus probabiliter.

V. 6 pro *regnante domino* expectamus *domino regnante aeterno* vel similia.

367 *Jeréz de la Frontera*, rep. a. 1890, tabula alta m. 0.71, lata 0.43, extat in museo Gaditano; litterae altae sunt m. 0.05.



d. III m. Iun.
aera 565
p. C. 527


Descripsi ex ectypo et imagine photographa, missis hoc a Vera, illa a Fita, qui ed. *bol. de la Acad.* XVIII 1891 p. 461; De Laigue *bulletin des Antiquaires de France* 1891 p. 167 acceptam a Vera.

Videtur legendum *Vigilia f[emina] cordat[a fa]mula dei [vixit] pl(us) m(inus) annis XXI, recessit in pace d(ie) III nonas Iunias era DLXV.*

Fita proposuit dubitanter *Vigilia f[elicis re]cordat[ionis]* sive *f[emina re]cordat[issima]*. Sane *femina cordata* alibi nondum videtur comparuisse, neque tamen habet in quo offendamur.

---

368 *Algodonales, termino de Záhara*, circa 80 chiliom. a Gadibus versus meridiem et occidentem, rep. *en la dehesa del Chorreadero;* fragmentum altum m. 0.06, latum 0.21, litteris altis m. 0.03, saec. puto VII.



Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 142,21; De Laigue *bulletin des Antiquaires de France* 1894 p. 152.

V. 1 . . ILI et AV . . . De Laigue; DILI vel OILI videtur in lapide esse, ante D vel O alius litterae vestigium cernitur. In fine AVI, non AN est.


V. 2 TSCVIPTVI De Laigue.

[Zo]ili, Fructuosi, Avi[ti?] . . . [hic es]t sculptum [epitaphium? . .].

Tres defuncti videntur fuisse; nam probabile non est hac aetate hominem unum duabus nominibus significari et patriam addi, veluti *[Can]dili Fructuosi Avi[lensis]*. Pro *Avi[ti]* etiam suppleri potest *Aud[entii]*. Fortasse sancti quidam indicantur.

---

369 *Arcos de la Frontera*, rep. a. 1890 in oliveto dominorum Nuñez de Prado, quod appellatur *Santiscar*, tabula ex gypso, alta m. 0.55, lata 0.62, crassa 0.03; litteris altis m. 0.05.



d. XXV m. Maii aera 600? p. C. 562?

Descripsi ex ectypo optimo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXIII 1893 p. 275 (cf. XXIV 1894 p. 27) acceptum ab Augustino Muñoz y Gomez; De Laigue *bull. des Antiquaires de France* 1891 p. 168.

Bulgaricus famulus dei vixit annos plus minus LX, recessit in pace d(ie) octabo kalendas Iunias era DC . . .

V. 3 et 4 C et E ligatae clare perspiciuntur; E et R priore versu item ligatae sunt; *octabo* pro *octavo* eius aetatis est.

V. 5 Aerae numeri ultimi exciderunt in fractura lapidis.

Bulgaricus nomen utrum derivatum sit a Bulgaribus Thraciae, quod placuit Fitae, an a bulga vocabulo Latino non definio.

II. CONVENTVS ASTIGITANVS.

n. 90—95

96 V. 8 QVATTVORDNI quod traditur videtur significare *quattuordeni(s)*; ut observavit Emmanuel Gomez Moreno. Quamquam exigitur *quattuordenos.*

97 Annis 1881 et 1886 erat Hispali apud Franciscum Matthaeum Gago, ubi vidimus ego et Ioh. Ficker. Iam erit ibi in museo municipali.

Reces(sit) fi(de) d(omin)i Qaico

Emmanuel Gomez Moreno legit; vix recte.

98. 99

100 Fita *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 18 et XXVIII 1896 p. 413—416, ubi post Henricum Florez de aerae numero fuse disputat.

In latere 2 v. 5 extr. MONACV est *monacum; h* enim litterae non videntur adesse vestigia.

Aerae numerum ita ut dedi accurate repraesentatum esse, sicut in lapide est, consentiunt omnes et probat ectypum denuo a me inspectum. Quaeritur utrum LX sigla composita sit ex L cum X una, ut ego legi, an duabus, ut Bayerus, an tribus, ut Florez et Fita voluerunt, unde legimus et interpretati sumus LX ego, LXX Bayerus, LXXX Florez. Fita X litteram, de qua dixi in praefatione, hic iam ut postea in aetatis mediae documentis Hispanicis, quae scripta sunt litteris visigoticis quas dicunt, putat esse XL, i. e. quadraginta; unde L et XL quinquaginta et quadraginta efficiant numerum LXXXX. Aeram enim 698, annum p. C. 660, unice convenire Bacaudae episcopo Igabrensi, non annos 630, 640, 650 a reliquis propositos. Quaestionem de temporibus episcoporum Igabrensium, qui ante et post Bacaudam fuerunt, et de die 31. m. Maii, quibus ille cadat annis in diem dominicam, hic persequi nolo. Illud unum concedo siglam supra indicatam posse compositam esse ex L et duabus X; ut Bayerus voluit. Ceterum ectypum gypseum tituli est in museo Granatensi, ex sylloge Gongorae.

101 Vv. 2 et 3 ita interpretatur Fita *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 18: *die de(cimo) c(a)l(enda)s Set(embres) i(ndictionis) V (quintae)* — ubi G traditur pro V — *er(a) DCC,* i. e. die XXIII m. Augusti anni p. C. 662. Indictionis indicatio incerta est.

102. 103 Ectypa gypsea a Gongora sumpta sunt in museo Granatensi et in archaeologico Matritensi. In n. 102 v. 5 VI RECESS legi observavit Emmanuel Gomez Moreno Granatensis.

104—107

108 Ita restituendam et legendam proposuit Emmanuel Gomez Moreno Granatensis:

V. 2 . . . . *sitis* [*a*]*rdore* *obitu ustus?*

3 . . . . . .

g exh a

4 [*cont*]*emp*[*tu*]? *principi(s) dux duos an(n)os pociunda vi red(e)xit issiaust*[*um*

5 *LVCLV? (Lucius); idem, autoritatis mandatus, fortis, ... istud iudigsium co*[*nci*]-

e e e a [*um?*]

6 *dit urbem — huic civitatis* [*nom*]*en Augusta Gemella Tuccitana —, idem* [*pe*]*quariorum* [*a*]*quar*[*um?*

sed ii

7 *multarum est abundant(i)a,* [*ut obstat*]*u adversa res, ita populi Ge*[*m*]-

i

8 *el*[*li pos*]*tulant ausilium salvatoris et no(stro) do(mini) cuius iurati iust*[*am*]

9 [*poenam de*[*pos*[*c*]*unt adversar . . . . io cum malitia egressio in populi(s)*

ursui?

10 [*Ce*]*s(a)r(a)coste. Victoria et custodia sunt sancte Colombe. Rec*[*eptus?*] *Reg*[*um*]?

11 [*at*]*q(ue) populi cum gaudio salus est sancto martiri Scipriano, amen*

V. 11 ext. in imagine a me edita errore SSIPR·ANO datum est pro SCIPRIANO.

Gomez Moreno putat litigium inter Tuccitanos et ducem aliquem iniustum describi.

109

370 Astigi, rep. a 1886 in sepulcro vetusto detecto ad septentriones ab ecclesia S. Crucis per Adolphum de Castillo architectum; servabatur ibi in ecclesia S. Crucis. Sarcophagus marmoreus longus m. 2.17, altus 0.74, latus 0.60, ornatus anaglyphis optimis; iam extat in museo Hispalensi. Litterae sunt perspicuae, altae m. 0.05, quae, ut anaglypha, possunt esse saec. IV vel V.

Abraham *Isaac* *pastor bonus* *Daniel*



sacrificium Abraham *Daniel in lacu leonum*

Ioh. Ficker mihi descripsit accurate a. 1881 et edidit *Mitteilungen des römischen Instituts* 1889 p. 77s. et *die altchristlichen Bildwerke im Museum des Laterans* (Leipz. 1890) p. 148; Sales y Ferrer *Revista de España* a. 1886 p. 436; Fita *bol. de la Acad.* X 1887 p. 267 ss. cum imagine photographa (cf. *bol.* VIII 1887 p. 425), quae hic repetita est.

Ἀβραάμ, Ἰσαάκ, ποιμή i. e. ποιμή(ν), Δανιήλ.

Anaglypha saeculo VII vel VIII convenire opinatur Fickerus, cum iam propter inscriptione Graecas mihi visa sint antiquiora esse.

III. CONVENTVS GADITANVS.

n. 110 Ex ectypo misso ab Antonio Rendón repetivit Fita *bol. de la Acad.* XXIX 1896 p. 455 cf. XXVIII 1896 p. 416—419.

111 Fita *bol. de la Acad.* XXVIII 1896 p. 416—419.

112—114

289 Repetivit Fita *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 17.

'Quod ante quintae indictionis numerum extat elementum videtur signum interpunctionis esse' ego. Designari indictionem IV, non V, Fita putat, scilicet annum a. d. I m. Sept. a. 615 ad d. XXXI m. Aug. a. 616.

---

371 *Martos,* rep. a. 1896 en *el Molino del Rey,* cuius dominus Franciscus Muñoz Valenzuela Ictus servat; lapis longus m. 0.78, altus 0.39, cum ornamentis elegantibus; litterae altae sunt m. 0.03 videnturque saeculi esse aut IV aut V. Supra et infra integra est, ut docent ornamenta in lapide sculpta.



Descripsi ex ectypo, quod misit Emmanuel Gomez Moreno Granatensis, qui edidit in libello privatim impresso *Antigüedades cristianas de Martos* s. l. et a. [Granatae 1897, pp. 15,8.] p. 6, in quo etiam sarcophagum christianum anaglyphis ornatum edidit cum imagine, qui una repertus est, p. 7 ss.

Panditur introitus, sacrata limina Cr[*isto*];
Currite certatim gentes populique ve[*nite*]
Et donante deo sitientes sumite vi[*tam*]


V. 2 post *sacrata* spatium nullum nullumque Q litterae vestigium. *Sacrataque* metrum videtur exigere; sed scripsit fortasse aevi illius poeta *sacrata;* asyndeton sane poetam decet. In fine CR clare legitur, H litterae nec vola nec vestigium.

V. 2 IRRITE qui primi descripserunt; sed CU litterarum vestigia clara exhibet ectypum. In fine supplevi *ve*[*nite*], cum E litterae reliquiae certae sint. Unde cogitari nequit de *virique.*

V. 3 *Sitientes sumere vitam* quamquam insolenter dictum est, vix cogitaverim de *vino* communionis.

Videtur inscriptus fuisse titulus supra portam aediculae vel baptisterii.

372 Malacae rep. m. Maio a. 1888 in via nova dicta *de Larios*, quae ab *Alameda* ducit ad plateam *de la Constitución*, tabella lapidea alta m. 0.33, lata supra 0.30, infra 0.13, crassa 0.07, litteris bonis saeculi puto IV exeuntis ineuntisve quinti. Inscriptio supra et infra ramo hederae cingitur.



AVRELIVS IV
LIANVS NA
TIONEM AF
RAM QVIVI
palma XIT ANN·VI
M·X·DIES·
XI MANET
IN DEI GLORIA

Descripsi ex ectypo misso ab Emmanuele Berlanga, qui edidit in *Revista archeologica* Olisiponensi II 1888 p. 129 ss. et *el Archivo* V 1891 p. 213 ss. Idem explicuit docte et accurate, de antiquitate fidei christianae inter Malacitanos disserens. Ab eodem habuit R. Mowat *bulletin des Antiquaires de France* 1888 p. 296 et 1889 p. 239.

Aurelius Iulianus nationem Afram qui vixit ann(os) VI m(enses) X dies XI, manet in dei gloria

V. 2. 3 observa *nationem Afram* accusativum pro ablativo positum.
V. 5 legi etiam potest *annu(m) I (unum)*; sed *ann(os) VI* cum Berlanga praeferendum.
V. 7. 8 *manet in dei gloria* formula in Hispania nova est.

IV. CONVENTVS CORDVBENSIS.

n. 115 Additam. Brit. p. 2*. Repetita est in libro Emmanuelis *Gomez Moreno* patris *Guia de Granada* (Granatae 1892) p. 120 a filio cognomine.

V. 5 ERA ∂CXV mutandum esse in ∂CX‾V, quia excidisset lineola X litterae appicta, quae L significaret, ut evaderet aera 645, p. C. 607 (pro aera 615 p. C. 577) adnotavit Fita *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 11. Neque vero persuasit X‾ poni pro XL; vide quae supra adnotavi ad n. 100.

V. 10 supplendum esse *trinitatis indivise* monuerunt Ioh. Wordsworth in *the Academy* a. 1872 p. 156 ss. et Edm. Le Blant in *Journal des Savants* a. 1873 p. 332.

116 Gomez Moreno *Guia de Granada* p. 191, descripta a filio accuratissime.

Ex ectypo misso a Iosepho Santaella Ilurconensi, qui possidet, edidit Fita *bol. de la Acad.* XXVIII 1896 p. 345 legitque nomen v. 2 IOCIDIVS, non TOCIDIVS, a iocis derivans. Eiusdem vocabuli ectypum novum habui ab Emmanuele Gomez Moreno y Martinez, homine oculatissimo, qui affirmat NOCIDIVS in lapide esse, qui iam est in museo Granatensi. In ectypo video NOCIDIVS; ut N tenuis paene adhaereat O sequenti. Sed *Nocidius* nomen aeque ignotum est quam *Tocidius*.

V. 8 [*Steph*]*ani* supplendum esse Gomez Moreno et Fita perspexerunt; hic adnotat Stephanum episcopum Iliberritanum fuisse annis p. C. 589 et 594; unde titulum adscribendum anno p. C. 589.

117 Fita *bol. de la Acad.* XXVIII 1896 p. 347 versum 2 ita legit: *ibiq*(*ue*) *summum amneste* — i. e. ἀμνήστη — *reputans* vertitque *oblitus mundum saeculumve, olvidandose del mundo.* Sed patet talia tam abhorrere a latinitate quamvis barbara quam ab exemplo tradito. Quod cum possit minus fidele esse, ab emendatione et interpretatione abstineo.

118 Pro EMS emendandum esse FMS *famulus* perspexerunt, ut statim ipse perspexeram, Edmundus Le Blant *Journal des Savants* a. 1873 p. 322 et Emmanuel Gomez Moreno.

119—121

122 Cárdenas ed. in ephemeride *la Alhambra* vol. V pars II a. 1842 p. 150 ss.

123 Additamenta Britannica p. 2*, inde Buecheler carmina epigraph. n. 721.

V. 1 *cava saxa* vocabula carminis inconditi, quae in aliis quoque carminibus sepulcralibus redeunt, veluti n. 130. 239, poteram referre ad exemplum Ovidianum amorum III 6,45 *nec te praetereo, qui per cava saxa volutans Tiburis Argei pomifera arva rigas.* Cava saxa hic iam singularem feminini esse observat Buech., cum *continet* traditum sit. V. 2 *glo*[*rioso*] *ort*[*u*] *natalium* proposuit idem. V. 6 *clintes* et v. 8 *lugit* formas idem retinendas iudicat.

124 Buecheler carmina epigraph. n. 723.

V. 5 *inl*(*ustris*) [*et ortu*] clausulam addit Buech. *eclesiasq*(*ue*) *petit securus martur*(*is*) — pro MABIVS vel MABIVI quod traditur — *umbra* emendavit idem. Tamen restat quod dixi in mulieris sepulcrum translatum esse epigramma in iuvenem compositum.

125 Additamenta Britannica p. 2*.

Vv. 4 et 5 ita explicuit Wordsworthius, ut *teque ingestantes possident caelum* verba posita esse coniceret pro *et te gestantes,* adhibito composito illis temporibus non infrequenti. V. 7 idem *Sina,* quod intellegi nequit, corruptum putat ex *Sion, paradisum Sion* ex confusione quadam scriptoris ortum ratus.

126 Additamenta Britannica p. 2*.

Martyres quinque Cordubenses Acisclum Zoilum Faustum Ianuarium Martialem coniunctos indicari etiam apud Prudentium περὶ στεφάνων 4,19 s. *Corduba Acisclum dabit et Zoëllum | tresque coronas* adnotat Wordsworthius. Idem eiusdem tituli v. 9 ss. legendum proposuit *Leocritiae et Perfecti,* qui martyres fuissent Cordubenses celebrati diebus XV Martii et XVIII Aprilis. Sed longe differunt haec nomina a litteris, quas ipse vidi in lapide.

127

128 Iam extat Malacae in museo Marchionis de Casa Loring. Buecheler carmina epigraph. n. 725. Acrostichon esse ex [*e*]*pisco*[*pus*] vocabuli litteris primis perspexerunt Berlanga Gomez Moreno Buecheler, qui initia similiter suppleverunt. V. 2. in. [*ex*]*celsum* vel potius [*e*]*scelsum* (Buech.) v. 3 *dignis* v. 4 *tumulabi*[*t honoribus*] Buech. v. 5 *herus* i e. *heros* v. 7 *do*[*minum benedicas*] Buech. v. 8 in. [*pos*]*cens* v. 9 in. [*viv*]*at* v. 10 in. [*sepultus*] *era* . . . sive [*sub die* . . .] *era* Buech.

129 Bueheler carmina epigraphica n. 798.

130 Buecheler carmina epigraph. n. 1622 Emmanuel Gomez Moreno recte observavit Moralem haec tantum vidisse in lapide *membra fulgent hic urna* | *anus religiosae* | [t]*rice . . . devicta* | *inso . . . . ma casta* | [c]*arbe . . . . . aula* | *sum te . . . . . cava*, lacunas ipsum supplevisse. Unde Moreno de talibus quoque posse cogitari supplementis exposuit *rite morte devicta* | *insonti anima casta* | *arcens lugere in aula* | *sum tecta saxea cava.* Quae ex parte praestant; *carne* vero Moralis et *in sobria*, i. e. carne in sobrietatem devicta (Buech.), magis placent quam *morte.* Etiam *arce celesti et aula* pro *et celesti aula* praefero. Cum *saxea cava* Buech. comparavit initium carminis n. 123. Ceterum v. 2 *anus religiosa* exigi parilitate exitus in versibus omnibus adnotavit idem; Buech. *religiose* [*sancta*] proposuit.

131


132 Buecheler carmina epigraph. n. 223, qui titulo post saeculum VI facto tamen locum dedit propter inscriptionum talium raritatem.

V. 7 Buech. supplendum proponit aut *supera*, ut consonet versus hic cum 5 *funera*, aut *superes* pro *superis*, scilicet ut consonet cum v. 6 *senties* quod praecedit. Sed *senties* non videtur finis versiculi fuissse.

133. 134

---

373 Fragmentum longum m. 0.63, altum 0.23, ubi extet ignoratur; ectypum gypseum ex sylloge Gongorae extat in museo Granatensi, unde hic proposui; litteris grandibus, altis m. 0.85.




Emmanuel Gomez Moreno filius mihi delineavit accuratissime; imaginem eius exhibeo, neque vero quid significet intellego.

---

374 *Los Villares de la Hortichuela*, qui est situs oppidi desertus chiliom. quinque ab urbe *Loja* et salinis eius in valle Singilis fluvii, in parietinis basilicae vetustae detectae ab Emmanuele Cueto y Rivero iam defuncto; basis marmorea Romana alta m. 0.70, lata 0.44, crassa 0.32, in cuius fronte inscriptio fuit iam penitus erasa. Inscriptio christiana extat in latere laevo et in fronte; latus dextrum muro adhaeret, unde legi nequit; postica nunquam inscripta fuit. Litterae sunt saeculi puto VI bonae, parvae, altae a m. 0.03 ad 0.02.

a




d. XIX
m. Maii

a

IN NOMINE DNI
IHSV XRI CON
I ' \ I ! I M
' ' I I I I I I I
' I I I ' \ I
I ' \ I N
RVM BASILICA

a



b

REQVIESCVNT RE
LIQVIAE SANCTO
RVM ID EST DOM
NE MARIAE DOM
NI IVLIANI DOM
NI ISTEFANI DOM
NI ACISCLI DOM
NI LAVRENTI DOM
NI MARTINI DOM
NE EVLALIE DOM
NI VINCENTI DOM
NORVM TRIVM

Descripsi ex ectypis, quae mihi misit a. 1886 Berlanga. Aurelianus Fernandez Guerra *Arqueologia cristiana, inscripción y basilica del siglo V, recien descubiertas en el termino de Loja* etc. ex Ephemeride *la Ciencia cristiana* (Madriti 1878) p. 399—414.


In nomine d(omi)ni Hi(e)su Chr(isti) consecratio domnorum Petri et Pauli die XIIII kal(endas) Iunias, in quorum basilica requiescunt reliquiae sanctorum, id est domne Mariae, domni Iuliani, domni Istefani, domni Acisceli, domni Laurenti, domni Martini, domne Eulalie, domni Vincenti, domnorum trium

a V. 2 HISV est in lapide, puto errore pro IHSV.

Reliqua perspicua sunt.

Domini tres sunt Faustus Ianuarius Martialis martyres Cordubenses, quorum Prudentius meminit, ut observavit Guerra, qui de reliquis sanctis hic memoratis commentatus est docte. Laurentius et Acisclus, Vincentius et Eulalia originis Hispanae sunt, Martinus Turonensis, Stephanus protomartyr ubique clarus. Quaeritur de Iuliano, cuius nominis fuerunt sancti triginta plus minus; Guerra Viennensem ex Gallia indicari putabat. Idem titulum saeculo V tribuere studet propterea quod reliquiae Mariae matris Christi anno p. C. 453 a Pulcheria Arcadii filia inventa si paullo post ex parte translatae essent in Hispaniam, basilica illa condi non potuisset nisi annis 457. 463. 468. 474. 485. 491. 496, in quibus dies dominica incideret in XIX m. Maii; annum autem morti Pulcheriae, quae obiit a. 454, proximum probabiliter haberi pro anno fundationis. Quae ratiocinatio quam debili nitatur fundamento apparet; nam neque necessario basilicam illam conditam esse oportet ad reliquias recipiendas, quae multo ante in Hispaniam potuerunt transferri, neque intellegitur, cur non condi potuerit alio die praeter dominicam, v. c. die sanctorum Petri et Pauli. Accedit quod scripturae et vocabulorum formae clare indicant saeculum sextum septimumve. Huic igitur saeculo aut septimo titulum tribuimus. Quae fusius exposui, cum de scriptione Guerrae verba facerem in ephemeride *Jenaer Litteraturzeitung* a. 1879 p. 468. Cf. Inscr. Hisp. Christ. n. 85. 88. 89. 111. 175. et quae de reliquiarum significatione Edmundus Le Blant adnotavit ad n. 85 (supra p. 42).

375 *La Zubia, villa como á una hora al sur de Granada*, rep. ante multos annos in coemeterio prope oppidum, tabula argillacea vel tegula longa m. 0.48, alta 0.29, crassa 0.052; servabat ibi Blasius L. de Piñar. Litterae graphio neglegenter exaratae altae sunt m. 0.02, saeculi circiter VIII vel VIIII.



Descripsi ex ectypo, quod Berlanga misit; idem descripsit mihique misit a. 1888 acceptam a Blasio Piñar et edidit in Rochi Chabas ephemeride *el Archivo* III 1888/89 p. 267; a. 1889 accurate depinxit Emmanuel Gomez Moreno Granatensis.

Lege: *pauperes vobiscum abebitis, me autem senper vobiscum non avebitis; tu qui legis intellige.*

Quae a dextra parte addita sunt paullo inferius litterae quid significent ignoro; nisi sunt aetatis recentioris. Verba leguntur in evangelio Matthaei XXVI 11 *nam semper pauperes habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis;* et ad finem *qui legis intellige*, ibi XXIV 15 *qui legit intelligat.*

376 Obulcone (*Porcuna*), rep. m. Augusto a. 1880, cum destrueretur arcus S. Mariae *de los Remedios*, iuxta aedificium magistratus (*las casas consistoriales*), basis marmorea alta m. 0.41, lata 0.23, litteris altis m. 0.05, saeculi fere VI.

RECONDIT/
IN FVNDVM
VALLES SV
BVRBIOOBOL
ϵNENGE
CELLA SCE
MARIAE

Descripsi ex ectypo servato apud Guerram, qui ed. *bol. de la Acad.* XI 1887 p. 170 acceptam a Victoriano Rivera Romero Cordubensi. Ectypum nancisci non potui.

Initio dicitur integra esse; sed potuit initium scriptum esse in alio lapide: *haec sunt reliquiae sanctorum* cet., quorum nomina sequebantur, *recondit[ae] in fundum Valles suburbio Obolconenge cella S(an)c(t)e Mariae.*

V. 2 F similis evasit E litterae, unde docti Hispani legerunt *eundum;* correxit errorem Ioh. Bapt. de Rossi in epistula ad Guerram *bol. de la Acad.* XIII 1888 p. 323. Fundo igitur nomen erat *Valles* aut *Vallis.* V. 5 G clare legitur, videtur autem errore scripta esse pro S, *Obolconense.* Fundus ad suburbium Obulconis potest pertinuisse.

377 Cordubae, in museo dono Marchionis de Guadalcazar, tabula marmorea cum anaglypho, reperta *en la Hacienda del Castillo*, leugam unam ab urbe, in dextra ripa Baetis fluvii, ex adverso oppidi *Medina Zâhara.*


Eques cum arcu et hasta — *Eques hastatus* — *Muli tres, quos agitat auriga* — *currus, quattuor carpenta cum mulis quattuor*

cervus percussus hasta equitis supra figurati — *carpentum quattuor rotis, in quo sunt personae quattuor, auriga cum flagello, mulier infanti mammam praebens*

Vidi a. 1881 atque anaglyphum saeculi fere VII dignum iudicavi, quod publici iuris fieret. Titulus, qui videtur olim infra scriptus fuisse, periit.

378 Cordubae, rep. m. Maio a. 1887 in loco dicto *Linares*, circiter leugam unam versus septentriones ab urbe, tabula lapidea alta m. 0.63, lata 0.26, litteris elegantibus, altis m. 0.04. Iam est in museo Cordubensi.

d. XIII m. Sept.
aera 720 p. C. 682



Descripsi ex ectypo accepto ab Aureliano Guerra, qui ed. *bol. de la Acad.* XI 1887 p. 168.

Guerra ectypum acceperat a Victoriano Rivera Romero Cordubensi. Hoc iuxta repraesentatum est.

† *Anerius famulus Chr(ist)i vixit annos plus minus quinquaginta tres, migravit ab hoc evo die tertio idus Settembres era DCC (septingentesim)a XX (vigesim)a currente*

V. 1 *Anerius* nomen mihi novum est. 5 Observa numeros perscriptos. 7 *evo* et 8 *Settembres* scripturae huius aetatis sunt. 11 *cuirrente*, I et R coniunctis, videtur error lapicidae esse pro *currente;* nisi significare voluit qui sculpsit *curriente*, Hispanum *corriendo.*

In loco quodam montium circa Cordubam sitorum inscriptiones aliquot extare saeculi VII affirmabat Raphael Romero y Barros Fitae *bol. de la Acad.* XII 1888 p. 446.

---

379 Carbulae (*Almodóvar del Rio*), servat Antonius Córdoba Espejo, litteris rudibus; *b* extat in parte postica tituli sepulcralis romani saec. I sive II. Videntur ambo saec. fere VI vel VII esse.

a
SANCTVS
FAMVLVS DEI
VIXIT ANNOS
XX RECESSIT
IN PACE SVB DIE
VII IDVS FEBRV
. . . .

d. VII m. Febr.
aera . . .

b
NVS . . . .
CESSIT IN PACE
SVB DIE XVI KL
SEPTEMBRIS

d. XVII m. Aug.
aera . . . .

Henricus Romero de Torres *bol. de la Acad.* XXXI 1897 p. 317. Ectypa nancisci nondum potui.

a *Sanctus famulus dei vixit annos XX, 'recessit in pace sub die VII idus Febru[arias era . . . .]*

b *. . nus . . . . [re]cessit in pace sub die XVI k(a)l(endas) Septembr[e]s . . . . .*

PARS TERTIA

TARRACONENSIS
ASTVRIA ET CALLAECIA

I. CONVENTVS BRACARAVGVSTANVS

n. 135 (Additam. Brit. p. 2*). Titulum hunc ad Veremundum Suevorum regem aliquem eius aetatis aliunde non notum referendum esse contendit Franciscus Goerres (*ein Suevenkönig Veremund* in *Forschungen zur älteren deutschen Geschichte* vol. XIV 1874 p. 405ss).

135a

---

379 Bracarae, 'versus beati Martini Dumiensis episcopi in basilica', fortasse in aula supra portam maiorem **Rossius.**

a Post evangelicum bisseni dogma senatus,
Quod regnum Xpi toto iam personat orbe,
Postque sacrum Pauli stilum, quo curia mundi
Victa suos tandem stupuit siluisse sofistas,
Arctous, Martine, tibi in extrema recessus
Panditur inque via fidei patet invia tellus.
Virtutum signis meritorum et laude tuorum
Excitat affectum Xpi Germania frigens,
Flagrat et accenso divini spiritus igne;
Solvis ab infenso obstrictas Aquilone pruinas.
Inmanes variasque pio sub foedere Xpi
Adsciscis gentes: Alemannus Saxo Toringus
Pannonius Rugus Sclavus Nara Sarmata Datus
Ostrogotus Francus Burgundio Dacus Alanus
Te duce nosse deum gaudent; tua signa Suevus
Admirans didicit, fidei quo tramite pergat,
Devotusque tuis meritis haec atria claro
Culmine substollens Xpi venerabile templum
Constituit, quo clara vigens, Martine, tuorum
Gratia signorum votis te adesse fatetur.
Electum propriumque tenet te Gallia gaudens
Pastorem, teneat Gallecia tota patronum.

b Item eiusdem in refectorio', inscriptum triclinio coenobii Dumiensis **Rossius.**

Non hic auratis ornantur prandia fulcris,
  Assyrius murex nec tibi simma dabit,
Nec per multiplices abaco splendente gavessas
  Ponentur nitidae codicis arte dapes.
Nec scyphus hic dabitur, rutilo cui forte metallo
  Crustatam stringat tortilis ansa latus.

Vina mihi non sunt Gazetica Chia Falerna
Quaeque Sarapteno palmite missa bibas.
Sed quidquid tenuis non complet copia mensae,
Suppleat hoc, petimus, gratia plena tibi.

c 'Epitaphium eiusdem', scilicet a Martino Dumiense compositum, ut inscriberetur sepulcro, quod ipse sibi vivens paravit in basilica ab eo dicata honori Martini Turonensis **Rossius.**

Pannoniis genitus transcendens aequora vasta
Galleciae in gremium divinis nutibus actus
Confessor, Martine, tua hac dicatus in aula
Antistes cultum institui ritumque sacrorum,
Teque, patrone, sequens famulus Martinus eodem
Nomine non merito hic in Xpi pace quiesco.

Sirmondus in Eugenii Toletani opusculis (Parisiis a. 1619) p. 57 et op. II (Parisiis a. 1698) p. 907 (inde Florez *España sagrada* XV 1787 p. 383 ss.; Migne vol. LIX); Alcimi Aviti op. ed. Peiper (Monumenta German. histor., auctores antiquissimi vol. VI 2, Berol. 1883) p. 194 e codd.; e codice Parisino Lat. 8093 scripto in Hispania saeculo VIII litteris visigoticis et e codice Anthologiae Parisino Lat. 2832 saec. item VIII scripto ed. I. B. de Rossi inscript. christ. urbis Romae vol. II 1 (1887) p. 269 cf. p. 292.

a V. 2. 7. 15. 20 referendi ad signa Martini Dumiensis thaumaturgi celeberrima, ut docuit Rossius.
3 *stilum Pauli sacrum* Peiper.
6 Cf. n. 366 *panditur introitus* cet.
10 *solvis* Rossius e codd., *solvit* reliqui. *obstrictus* cod. Eugenii Toletani, *strictas* vulg.
12 Observa *Toringus* pro Thuringus scriptum.
13 *Nara* et *Datus* num ad Naram Africae urbem et Datum Thraciae aurifodinis clarum referendi ignoro.
14 Quod Alani et v. 15 Suevi ultimo loco nominantur non est mirum in hac regione, qua regnum illi populi habuerunt.
20 *precatur* Sirmondus.
22 *Gallaecia* habet cod. Paris 2832; sed forma novicia videtur praeferenda ut *c* v. 2. *Gallicia* Rossius.


b V. 2 *signa* Sirmondus.
3 *gavessas* uterque codex habet, *gabessas* cod. Eugenii Toletani; *cavernas* scripsit Sirmondus. Ad gabatas, patellarum genus, Ennodii epigr. II 22 refert Rossius, qui censet scribendum esse *gavellas* pro gavatellas; expectaveris potius *gatellas*. Sed fortasse ex gabatissa evasit gavessa; nisi aliud subest. Ducangium s. v. *cabessa* et *cabestrus* comparari iubet Peiper.
6 *stringat* Sirmondus.
7 *Vina Gazetica* et 8 *Saraptena* (pro Sareptena) Syriaca nota sunt, v. Apoll. Sidon. carm. 17, 15. 16 cet. et Marquardti *Privatleben der Römer*[2] (1886) p. 456.

c V. 2 Galleciae cod. Paris. 2832, cf. *a* v. 22.
3 *dicatur* Sirmondus, non recte.
6 *Christi hic in pace* restituit Anonymus quidam *Rev. crit.* 1884 I p. 105.

Ceterum de vita Martini Dumiensis episcopi Bracarensis ab a. p. C. 556 ad 580 exposuerunt **Rossius** l. s. s. p. 265 et C. P. Caspari Norvecus in libro *Martin von Bracara's Schrift 'de correctione rusticorum'* (Christiania 1883) p. I—CVI. Venantii Fortunati epistula et carmen ad eum in eius operibus poeticis ed. Leo (Monumenta German. histor., auctores antiquissimi tom. IV p. prior, Berol. 1881) V 1. 2 p. 101 ss. De Martino Dumiensi cf. Gregorii Turonensis historia Francorum V 38.

A sylloge inscriptionum Hispaniae christianarum Martini Dumiensis haec opuscula non debebant abesse.

380 Bracarae, in ecclesia S. Vincentis *de Infias,* in pariete interiore sacristiae, lapis granites altus m. 0.41, longus 1.40, litteris altis m. 0.04, non bonis.



d. I m. Maii
aera 656
p. C. 618

Albanus Bellino *inscripções e lettreiros da cidade de Braga* (Bracarae 1895) p. 85 non recte; Fita *bol. de la Acad.* XXVIII 1896 p. 269 e photographia accepta a Bellino.

† *hic requiescit Remismuera in kal(endas) Maias era DC quinquagi(e)s VI die secunda feria in pace, amen*

Remismuera nomen videtur esse originis Germanicae. Secunda feria pro die Lunae posita e consuetudine vetusta, quae adhuc obtinet in Portugallia.

II. CONVENTVS LVCENSIS.

n. 136 Legendum esse RECESSET ALEPIVS, i. e. *Alypius,* perspexit Le Blant *Journ. des Sav.* 1873 p. 323. Scilicet ex *Aloepius* evasit *Alepius.*
137—139

381 In parietinis ecclesiae iam dirutae S. Mariae *de Bretoña* prope *Mondoñedo,* basis alta m. 0.55, lata 0.50; litterae visae sunt descriptoribus saec. VII vel. VIII esse.

E I I L (
E I ꟼ I b E Z : M A I S
E A Z I S P ꟼ R F E L I
I N O N · R E M
S [E M A R I E
A ꟼ E E B A ꟼ R S P E

Villaamil:

ERA . . . .
QVOT KLS MAIS
PELAGIVS PTR FECIT
IN HONOREM
SCE MARIE
AQE . . . A . . . S

Ex schedis Antonii Rioboó († a. 1753) in bibliotheca Academiae Matritensis historicae Est. 18,54 et Iosephi Cornide ibidem Est. 18,40 edidit Iosephus Villaamil y Castro *pobladores* cet. *de la provincia de Lugo* in *Boletin de la Sociedad geográfica de Madrid* V 1878 p. 129, qui frustra temptavit ectypum sumere.

Initia vv. 1 et 2 et ultimum totum non intellego; exemplum melius obtinere frustra temptavi.

III. CONVENTVS ASTVRVM.

Cyriaci Michaelis Vigil opera indefessa effectum est, ut monumenta Asturiae inscripta antiquitatis exeuntis et ineuntis aetatis mediae iam perquisita omnia, delineata accurate et diligenter collecta legantur in opere eius magno *Asturias monumental epigráfica y diplomatica* cet. voll. II cum tabulis 198 — mira et difficili ratione numeratis — Oveti 1887 (pp. XV et 639) fol. Dixi de eo *Deutsche Litteraturzeitung* a. 1888 p. 734. Inscriptiones quae intra huius operis terminos cadunt inde repetivi; nam quamquam delineationes eius non aequant ectyporum vel imaginum photographicarum veritatem, tamen accuratae sunt et unicae, quas e locis tam multis tamque deviis potuimus nancisci.

n. 140

141 Sarcophagus christianus Asturicensis iam servatur Matriti in museo archaeologico. Guerra *Museo español de antigüedades* VI 1875 p. 587. Cf. praefatio huius Supplementi.

142 (Additam. Brit. p. 2*). Inde Buecheler Carm. epigr. Lat. n. 720. Initium carminis barbari ita distinguendum proposuit Wordsworthius probabiliter:

Haec tenet [u]rna tu[u]m venerand(um) corpus Vincenti abbatis,
Set tua(m) sacra(m) tenet anima(m) caeleste, sacerdos,
Regnum, mutasti in melius cum gaudia vite.
Martiris exempla signat, cuod membra sacrata
Demonstrante d(e)o vatis hic repperit index.

V. 1 *orna* quod traditum est fortasse retinendum pro *urna*; cf. Edm. Le Blant *Journ. des Sav.* a. 1873 p. 325. *ab(ba)tix* lapis.

V. 4 *exempla* fortasse positum pro *exemplar* putat Wordsw. Ut sententia evadat haec: vates martyris exempla signat (i. e. designat, celebrat), quia hic demonstrante deo membra sacrata repperit. 'Resuscitavit Vincentius abbas S. Vincentium martyrem an cuiusvis martyris adsecutus est vim divinam?' Buecheler.

V. 6 *cuater decies cuinos* Wordsworthius.

V. 7 *misterium* est *mysteriorum*. Deinde sic distinguit Wordsworthius:

V. 9 *Sic simul officium finis vitamcue removit,*
Sp(iritu)s adveniens d(omi)ni quo tempore s(an)c(tu)s
In regionem piam v[e]xit animamcue locabit,

i. e. quo tempore spiritus sanctus domini animam (martyris) in regionem (observa accusativi terminationem correptam post *m* elisam) piam vexit locavitque ibi.

V. 11 *vixit* pro *vexit* et *locabit* pro *locavit* scripta.

143 V. 1 DNI, v. 5 DECM dicitur in lapide esse.
Gregorius Mayans in epistula ad P. Burmannum Anthol. veterum epigrammatum Latinorum vol. III p. IV. Edidit nuper praeter alios satis accurate Richardus Becerro de Bengoa *el libro de Palencia* (Palencia 1874 4.) p. 195. Bücheler carmina epigraph. Lat. p. 322, qui v. 6 pro *decies* numero cogitavit de *dege(n)s* vocabulo, ut aera sit 699 *sexcentum decies nonagesima nona.* Quod sane fieri potuit.

144 E Morale repetivit Burmannus anthol. IV 107 (inde Meyer anthol. n. 1240). Buecheler carm. epigr. Lat. n. 1397, qui carmen et nomen saec. V digna putat. Imago optima est in *Monumentos arquitectónicos de España* fasc. 71. Delineatam accurate dedit Vigil *Asturias* p. 8 tab. A II; F. de Selgas *bol. de la Acad.* XVI 1890 p. 304.

145 Vigil *Asturias* p. 474 tab. Ua I 4.


146 Vigil *Asturias* p. 410 tab. Fa I 3.
In parte intermedia inter tituli partes duas inscripta sunt haec †ANTISTIFANI secundum Vigilem, ANTI STEFANI secundum Quadradum; antistitam Christi martyrio electam editor monumentorum architectonicorum interpretatus est. Quid subsit, incertum; nisi fuit *San(c)ti Stefani.*

147 Vigil *Asturias* p. 442 tab. L a II 3. Aeram fuisse [T] DIII 1003 et in sequente [T] X^{v} 1010 probabiliter coniecit Emmanuel Gomez Moreno Granatensis.

148 Vigil *Asturias* p. 441 tab. L a I.

149 v. infra n. 384.

382 *San Miguel de Escalada, ayuntamiento de Gradafes,* in provincia Legionensi prope Lanciam, ara vetusta rep. a. 1874; ibi extat. Tabula marmorea alta m. 0.52, lata 1.3, litteris altis m. 0.045, curiose incisis, quae videntur saec. IX vel X esse. Margine includitur, cuius ornamenta similia sunt tituli n. 286 (*Fita*).



Descripsi ex ectypo quod Fitae misit Eligius Diaz Jimenez. *Monumentos arquitectónicos de España* fasc. 55; R. Alvarez de la Braña *Revista de archivos, bibliotecas y museos* IV (Matriti 1874) p. 378; Fita *bol. de la Acad.* XXXI 1897 p. 470 et XXXII 1898 p. 217 s.

hic sunt reliquie recondite | sancte Marine | et sancte Cecilie | et santi Acisc̆li | et sancti Cristofori | et sancte Columbe

Formae litterarum H, C, ⨅, E et ∈, T et ꞇ, item *santi* v. 4 scriptum pro *sancti,* fortasse indicant exemplum vetustius, saeculi fortasse VI vel VII, restitutum esse saeculo X; cf. n. 460. Fita putat aram dedicatam esse aut a. 630 (cf. supra n. 142) aut a. 914, cum Gennadius templum restauraret (n. 460).

V. 2 S. Marina non est Romana, sed Callaeca; cf. n. 140. 3 S. Caecilia, cuius reliquiarum pars Oveti servabatur; cf. n. 255. 4 S. Acisclus Cordubensis; cf. n. 85. 5 S. Christophorus martyr, in Lycia defunctus; cf. n. 255 et supra n. 359. 6 S. Columba patrona urbis Tuccitanae; cf. n. 108.

---

383 *San Miguel de Escalada,* ara magna (mensurae non indicantur), scriptura eadem atque in n. 382.

† HOC IN ALTARE SVNT RELIQVIE
SANCTI EMILIANI PRBRI
SANCTI BARTOLoMEI APSTΦLI
SANCTI STEFANI LEVITE
SANCTI MARTINI EPISCOPI

Monumentos arquitectónicos de España fasc. 55; e photographia imaginis delineatae, quam a Philippo Gonzales Calzada accepit, Fita *bol. de la Acad.* XXXIII 1898 p. 221.

hoc in altare sunt reliquie | sancti Emiliani pr(es)b(yte)ri, | sancti Bartolomei ap(o)stoli, | sancti Stefani levite, | sancti Martini episcopi

V. 2 S. Aemilianus *de la Cogulla* saec. VI. 3 S. Bartholomaeus, cf. n. 255. 4 S. Stephanus, cf. n. 57. 162. 5 S. Martinus Turonensis, cf. n. 85. 140.

---

384 (= n. 149 Additam. Brit. p. 2*). *Cangas de Onis*, in aedicula S. Crucis ad ripam dextram *Bueña* rivi, inserta muro a latere evangelii, tabula marmorea alta m. 0.68, lata 0.89, litteris elegantibus, sed inaequalibus (A et A, C et E, H et h, E et semel G iuxta adhibentur. M et N ubique).

RESVRGIT EX PRECEPTIS DIVINIS HEC MACINA SACRA
OPERE EXIGVO COMTVM FIDELIBVS VOTIS
PERSPICVE CLAREAT OC TEMPLvM OBTvTIBVS SACRIS
DEMONSTRANS FIGVRALITER SIGNACVLVM ALME CRVCIS
SIT XRo PLACENS EC AVLA SVB CRVCIS TROPhEO SACRATA
QVAM FAMVLVS FAFFILA SIC CONDIDIT FIDE PROMTA
CVM FROILIVBA CONIVGE AC SVORVM PROLIVM PIGNERA NATA
QVIBVS XRE TVIS MVNERIBVS PRO hOC SIT GRATIA PLENA
AC POST VIVS VITE DECVRSVM PREVENIAT MISERICORDIA LARGA
hIC VATE ASTERIO SACRATA SVNT ALTARIA CRISTO
DIEI REVOLVTI TEMPORIS ANNIS CCC
SECVLI ETATE PORRECTA PER hORDINEM SEXTA
CVRRENTE ERA SEPTINGENTESIMA~VIN — aera 775
TAQVE — p. C. 737

Resurgit ex preceptis divinis hec macina sacra; | opere exiguo comtum fidelibus votis | perspicue clareat oc templum, obtutibus sacris | demonstrans figuraliter signaculum alme crucis. | Sit Christo placens ec aula sub crucis tropheo sacrata, | quam famulus Faffila sic condidit fide promta | cum Froiliuba coniuge ac suorum prolium pignera nata. | Quibus, Christe, tuis muneribus pro hoc sit gratia plena | ac post uius vite decursum preveniat misericordia larga. | Hic vate Asterio sacrata sunt altaria Cristo diei revoluti temporis annis CCC seculi etate porrecta per hordinem sexta, | currente era septingentesima septagesima quin|taque

Quadrado *Asturias* p. 31; Caveda *Restauracion de la monarquia visigoda* in *Memorias de la acad. de la hist.* IX 1879 p. 16; Guerra *el libro de Santoña* (Matriti 1872) p. 41 et 108 ex ectypo quod vidi; Vigil *Asturias* p. 304 tab. J V 18. Ectypum nondum accepi.

V. 3 PRESPICVE Vigil, errore puto. 6 FAFEILA Guerra. 10 ASTEMO Guerra, ASTEMIO alii; quod dedi Vigil indicat. Vates Asterius, qui annis CCCLXII antea, si recte interpretor numeros vv. 11. 12, celatos potius artificiosis quas adamabant homines illi verborum ambagibus quam indicatos, i. e. si ab aerae anno computaveris, aera 415, anno p. C. 377, altaria ibi dicitur consecrasse quis fuerit ignoratur. Guerra quem ad modum ad annum p. C. 262 pervenerit computando non liquet; videtur autem intellexisse annum trecentesimum sextae aetatis saeculorum, quam a Christo nato incipientem statuerunt Hispani eius temporis. Quod si recte posuit, ducimur ad aerae Hispanae annum 475, p. C. 437; fortasse vere. Quae Wordsworthius proposuerat ad versum hunc emendandum corruerunt, postquam lectio emendata innotuit. V. 13 in. nihil videtur deesse, unde non opus est, ut olim feci, supplere [*ex*]*currente*.

Carmen esse fortasse voluit qui composuit, sed ars in versibus plerisque eum defecit.

385 Sine loco **Anthologia.** Quo loco positum fuerit epigramma incertum est, puto alicubi in Asturia.

I ntima qui penetras cunctorum arviter vera X
L imifex testacei estas qui corporis compto R
D *iv*ino et flabro animas creas* . . . ina hum I
E t demum tenues iubes adremeare fabilla S
M itis esto ei. Hic qui tumulatus quiesci T
V ltricis ut numquam sentiat seba *geh*enn E
D umque supremus litui crepor concusserit orbe M
I n dextera redibibus queat tunc sorte adess E
A d tu istum, lector, precelso munere fretu M
B rabium ambisse omni indagine scit O
B landus facundus pius modestus exstitit recto R
A ctibus patrabit quae dictis inbuit ist E
T utor fuit viduis, spes et munimen pupilli S
I nlecebras pepulit et vitam monasticam duxi T
S ic monacis prelatus federe stetit patern O

Ex anthologia Hispana saec. VIII edidit I. B. de Rossi inscript. christ. urbis Romae II 1 (1887) p. 295.

V. 2 *estas* positum pro *extas*.

3 Destino *Anthol.*, emendavit *Rossius.* creas7ina *Anthol.*, fuitne [*lum*]*ina*?

5 Post *ei* interpunctio т in codice est, non littera.

6 V initialis videtur lineam superpositam habuisse, ut significaret *un*.

Post *nunquam* fortasse addendum *iam*, ut versui aliquo modo satisfiat. sebactenn *Anthol.*, seba gehenne *pro* saeva gehennae *scripsit Rossius.*

8 sorte *Anthol.*, *fuitne* parte?

9 et 10 transpositi sunt in codice, sed signis in margine additis verus ordo indicatur.

Carmen acrostichon et telestichon saeculi fortasse octavi, ut n. 386, haec verba exhibet:

ILDEMVDI ABBATIS XRISTE MEMOR ESTO

In quibus x latina vocis *verax* pro χ Graeca posita est. Ildemundus abbas videtur ignotus esse. Observa praeterea pronuntiationis rusticae testimonia *arviter fabillas seba redibibus patrabit, dextera estas* (extas), *prelatus precelsus federe* (pro foedere), *monacis.* Contra vetustae consuetudini scribendi respondent *adremeare inbuit inlecebras*; item quod v. 11 *blandus facundus* s finalem pronuntiando amittunt. Brabium (βραβεῖον) v. 10 praemium vitae beatae esse crediderim. Ceterum versus hexametri vitiis scatent atque sensus interdum obscurus est.

386 Sine loco **Anthologia.** Videtur alicubi in Asturia fuisse, fortasse Oveti.

T e moderante regor, deus: sit mici vita beat A
V t merear abitare locis tuus incola s(an)c(t)i S
S pem capio fore quod egi veniabile. ob ho C
E xa[u]di libens et sit fatenti venia larg A
R eor. malum merui. sed tu bonus arviter aufe R
H eu ne cerna[m te] tretrum quem vultu et voce minac I
E den in regione locatus sim floribus ad ho C
D eboret ne animam mersam fornacibus, ast V
O currat set tua mici gratia longa peremni S

Ex anthologia Hispana saec. VIII ed. I. B. de Rossi inscript. christ. urbis Romae I 1 (1887) p. 295. Inde Buecheler carmina epigraphica I p. 347, 727.

Carmen acrostichum et telestichum, lege *Tuserhedo Ascaricus;* unde constat hanc precationem ab Ascarico compositam esse Tuserhedi sepulcro, ut reor, inscribendam. "Epistola Ascarici episcopi Asturum ad Tusaredum et huius responsio leguntur in Patrol. Lat. (Migne) tomo XCIX p. 1231; de neutro quidquam est memoriae proditum. Ascarici episcopi, qui Adoptianorum haeresi in Hispania favebat, meminit Hadrianus I a. 785, cod. Carolini ep. 99 e. q. s." **Rossius.** Centonem esse ex Prudentii hamartigen. v. 933—958 ss. observavit C. Weyman musei Rhenani vol. L 1895 p. 154.

Supplementa sunt editoris, qui praeterea v. 6 *vultuque* scribit pro *quem vultum* Cod. V. 8. "Videtur deesse diabolus, Belial, post *deboret* vel post *animam*" **Rossius.** 9 *tua sed mihi* **Rossius.**

Mici, abitare, exadi, arviter, tretrum [pro *taetrum*], *deboret* orthographiae et pronuntiationis Hispanae, qualis erat ea aetate, indicia sunt.

---

387 In aedicula S. Mariae *de las Viñas* prope *Quintanilla,* non longe a Lara oppido.

a	*b*	*c*
E	F	A
A — + — N	R — + — N	A — + — N
L	C	L

E commentario manuscripto *Memorial de Lara* post n. 16 (inde Cean p. 181) edidi CIL II 2885 adnotans signa haec videri christiana esse propter crucem. Unde hic repetivi, siquis fortasse melius interpretari scierit.

a *[D]an[i]el?* *b* *Fr[a]nc(us)?* *c* *A[t]an[agi]l(dus)?*

---

388 *Comillas,* in lapide parvo rotundo, in quo repraesentati sunt homines duo brachiis expansis.

PELMIO	
ERĀ DCCCC	aera 900?
I⌒ ⌒	p. C. 862?

E. S. Dodgson descripsit a. 1895 haesitans; ectypum nondum obtinui.

Pelmio era DCCCC . . . .

IV. CONVENTVS CLVNIENSIS

n. 150

V. CONVENTVS CAESARAVGVSTANVS

n. 151

152 Scripsit de hoc sarcophago Aurelianus Guerra *Museo español de antigüedades* VI 1875 p. 587 ss. et in ephemeride *Ciudad de Dios* II 1870 p. 188—193, unde repetivit Garrucci *storia dell' arte cristiana* 381,4. Memoravit idem Guerra *Monumentos arquitectónicos de España* in dissertatione de sarcophagis christianis in *Hellin* et *Layos* repertis; v. praefationem huius supplementi. Edidit Ioh. Ficker *die altchristlichen Bildwerke im Museum des Laterans* (Lipsiae 1893) p. 149.

153 Nomen defuncti fuisse *Ben(e)natus* coniecit Emmanuel Gomez Moreno; Benenatus aliquis episcopus Elnensis in concilio Toletano III sedebat.

Accessit titulis christianis in regione illa perquam raris unus ab Ioh. Baptista de Rossi ex anthologia Hispana saec. VIII in lucem prolatus (n. 389).

---

389 Sine loco **Anthologia.** Sed textus docet collocatum fuisse "in coenobio Asano in Hispania". Videtur indicari ecclesia S. Mariae *de Asa* (*provincia de Alava*) in situ oppidi vetusti, de quo dixi CIL II S p. 934.

XPo Quisquis ab occasu properas huc, quisquis ab ortu,
Munus in hoc tumulo quod venereris abes.
Respice dilatum celesti dote talentum,
Cuius semper habet pectoris arca d(eu)m.
Religionis apex, vite decus, arma salutis
Escimius meritis Victorianus adest,
Dignum opus exercens qui fructificante labore
Cunctis, non sol[i] vixit in [o]rbe sibi.
Plurima per patria[m] monacorum examina fundens
Floribus eternis mellificabit apis.
Lingua potens, pietas presens, oratio iugis
Sic fuit, ut iam [tum] totus ad astra foret,
Plura salutiferis tribuens miracula rebus
Sepe dedit signis vita beata fidem.
Bis senis rexit patrio moderamine lustris
Rite deo placitas pastor opimus obes,
Calle sequens recto sacra per vestigia Xpi
Nunc fruitur vultu que cupiebat amor.

Ex Anthologia Hispana saec. VIII ed. I. B. de Rossi inscript. christ. urbis Romae vol. II 1 (1887) p. 294. Epigramma est inter carmina Venantii Fortunati (ed. Leo p. 87); tamen adscripsi, quia in lapide incisum extitisse putandum est atque ut comparari posset cum sequente.

V. 4 dm *Anthol.*
6 escimius 10 mellificabit, 16 obes, pronuntiatione Hispana.
8 solum—urbe *Anthol.*, soli—orbe *Venantius.*
10 Clausula versiculos notos, qui Vergilio adscribuntur, exprimit: *sic vos non vobis mellificatis apes.*
12 tum om. *Anthol.*
13 oracula *Venantius.*
17 Christum *Venantius.*
18 vultum *Venantius* non recte (*Rossius*).

---

390 Sine loco **Anthologia;** sed apparet collocatum fuisse in eodem coenobio Asano ut n. 389. Titulus sepulcri eiusdem Victoriani abbatis, unde coniunxi cum praecedente.

Hic requiescit in tumulo cui decies quina[s et duas per]
metas regendi monacos incubuere; exemplo
Xri que fecit docuit; augmine multo
monacorum Iberiam Galliasve replebit
cellas senioresque probos s(an)c(t)itate re prefecit,
quibus ipse pref[u]it primus homo Victorianus abb(as),

qui cursum vite beatum octuginta ferme
in pace peregit annos Pauli Antonique meri-
tis quoequandus in ethera, sepultus Asa-
ni ano Atanagildi septimo regis, sabbato d. XIV. m. Ian.
Ianuarias pridie idus .p. C. 560

Ex Anthologia Hispana saec. VIII ed. I. B. de Rossi inscript. christ. urbis Romae vol. II 1 (1887) p. 294. Titulus hic, subiectus fortasse olim carmini, quod praecedit, in codicibus Venantii Fortunati aliisque anthologiis omittebatur.

V. 1 *Supplevit Rossius.* 2 *Pro* incubuere *idem* incubuit cura *scribere iubet collato carminis quod praecedit v. 15.* 5 replevit; senioresque . . . . cellis praefecit *idem.* 7 prefecit *Anthol.* 9 quoequandus *pro* coaequandus notandum.

Victorianus obiit annno supra scripto.

VI. CONVENTVS CARTHAGINIENSIS

n. 154 Extat in museo archaeologico Matritensi. Ioh. de Deo de la Rada y Delgado *Museo español de antigüedades* VII 1876 p. 592.

155 *Monumentos arquitectónicos de España* fasc. 55. De temporibus tituli egit Fita *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 12, qui inde una cum titulo Granatensi n. 115 et conciliorum subscriptionibus evicit Recaredi regnum incepisse inter dies XIII m. Apr. et VIII m. Maii a. 586.

156 In *miki* latere formam barbaram *mici* pro *mihi* perspexit Emmanuel Gomez Moreno.

157 Edidit Emmanuel de Assas *Museo español de antigüedades* VIII 1876 p. 286.
Reperta est a. 1786 a Toleto ad meridiem leugas tres in situ dicto *Baneje*, in via a *Rielves* ad barcam de *Portusa* inter parietinas aedificii alicuius magni.

158 Iam extat Matriti in museo archaeologico; Aurelianus Guerra *Monumentos arquitectónicos de España* fascic. 45. Buecheler carm. epigr. Lat. n. 724. V. 4 [*cognosce v*]*icinum,* 5 [*locum sacr*]*um* 6 [*ecclesia in il*]*la annis,* 14 *anno*(*rum*)? Buech., qui versum hunc fuisse adnotat *hic vitae cursu finito in pace quiesco.*

159—163 Ioh. de Deo de la Rada y Delgado *Museo español de antigüedades* IV 1875 p. 113 ss.; *Monumentos arquitectónicos de España* fascic. 21 et 45.

164

165 v. infra n. 398

166—170

171 v. infra n. 400

172 v. infra n. 401

173 v. infra n. 402

174 Ectypum gypseum ex sylloge Gongorae est in museo Granatensi.

175 (Additam. Brit. p. 3*). Lectionem meam correxit Edmundus Le Blant *Journ. des Sav.* 1873 p. 318. Ectypum gypseum ex sylloge Gongorae extat in museo Granatensi, ubi mea causa contulit Emmanuel Gomez Moreno. Tractavit Fita *bol. de la Acad.* XXVIII 1896 p. 403—412.

a V. 2 DOMNEME | [C]RVCIS positum esse pro *domne*[*se*]*me,* i. e. dominissimae, ut imperator Heraclius in epistula patricii Caesarii ad regem Sisebutum domnissimus appellaretur, coniecit Fita *bol. de la Acad.* XXVIII 1896 p. 407. Sed dubito num crux dici potuerit sive domina sive dominissima.
4. 5 ANN[O | V]NDECIMO legit Gomez Moreno.
9 *regum et quinto decimo* corrigendum in transcriptione.

b V. 5 SCI IV*liani,* 7 ss. [SCI R]O[G]ATI . . . SCOR F[AVSTI | IANV]ARI ET MARTIAL[IS SCOR | SEPTE]M DORMIENTES IN E[F]E[SVM | SCOR] GERVASI ET PROTAS[I DE LIGNO S]CE CRVCIS, 12 s. SCE IV] STE | ET RV] FINE SCOR FERREO[LI ET] *cet.* emendaverunt Edmundus Leblant, Iohannes Wordsworth, Emmanuel Gomez Moreno.

c V. 4. 5 SC [I CRISTOF]ORI proposuit Emmanuel Gomez Moreno.

Ceterum Sanctus Babilas v. 2 est martyr Antiochenus notus, ut observaverunt Wordsworth et Gomez Moreno, qui praeterea adnotat diem XIII m. Maii a. 652 incidere in dominicam.

Cum cogitari non possit de anno Chindasvinthi quarto decimo — obiit enim a. 653 duodecimo regni anno —, legendum esse *ann[o u]ndecimo et quarto regno* e. q. s. proposuit Fita l. s. s., ita ut undecimus annus Chindasvinthi, quartus Reccesvinthi cum eo regnantis intellegeretur, qui anni ambo cadunt in annum p. C. 652. Quod quamvis sane insolenter dictum sit, confirmari ei visum est titulo infra n. 397, quem ego aliter legendum puto. Itaque de interpretatione temporum nondum videtur constare.

176 Vocabula cruci adscripta videntur significare *ora*. Bücheler carmina epigraph. Lat. n. 299, qui ad hexametrum ultimum comparavit Vergilianum *polus dum sidera pascet* (Aen. I 608) et Claudianeum *dum rotat astra polus* (II in Ruf. 527).

Theophylacti de Comenciolo testimonium legitur in nova editione de Boor p. 332 s.

177—180

181 v. infra n. 407

182. 183

Anthologia in codicibus Isidori propagata origine Hispana est; nam convenit huic origini soli quod carmen velo inscriptum n. 392 Romam directum dicitur, non Romae dicatum, ut antea credebatur; debebat enim necessario dici Petro apostolo dicatum esse, non Romae. Haec Rossius primus observavit et propterea traditam lectionem mutavit. Idem de loco in urbe Roma, cui adornando velum illud destinatum fuisse videretur, exposuit peritissime. Quo loco in Hispania titulus descriptus sit ab auctore Anthologiae cum non indicetur, probabiliter id Toleti in sede regum Visigotorum factum esse statuemus.

---

391 (= 73*) Toleti in portarum aditu.

Versiculos, quos regem Wambam supra introitum portae urbis collocasse tradidit Isidorus Pacensis l. s. s., e quo reliqui scriptores pendent omnes, fortasse iniuria inter inscriptiones suspectas posui. Nam videntur genuini esse et eius aetatis stilum sapere:

EREXIT FAVTORE DEO REX INCLYTVS VRBEM
WAMBA SVAE CELEBREM PROTENDENS GENTIS HONOREM

et de martyribus Toletanis:

VOS SANCTI DOMINI QVORVM HIC PRAESENTIA FVLGET
HANC VRBEM ET PLEBEM SOLITO SALVATE FAVORE

Florez *España sagrada* IV 1763 p. 166 s.

Quando tituli hi interierint traditum non est; puto circa invasionem Maurorum.

---

392 Sine loco **Anthol. Isidor.** Toleto videtur tribuenda. "In velo quod a Chintilan[o] rege Roma[m] di[re]ctum est" **Anthol. Isidor.**

Discipulis cunctis domini praelatus amore,
Dignus apostolico primus honore coli,
Sancte tuis, Petre, meritis haec munera supplex
Chintila rex offert. Pande salutis opem p. C. c. a. 638

Ex Anthologia Isidoriana post alios ed. I. B. de Rossi inscript. christ. urbis Romae vol. II 1 (1887) p. 254. Eum sequor reliquis auctoribus omissis.

In praescriptione *Romae dicatum* traditur; emendavit *Rossius,* qui *Romae,* cum aliqua ratione defendi posset, mutare noluit. Scriptum erat fortasse *Roma* pro *Romam,* permutatione accusativi et ablativi consueta.

393 Toleti, in ecclesia S. Thyrsi quae fuit.

Templum hoc, domine, Cixila condidit.
Dignam hic habeat sortem in aethera,
Cum summis civibus cantica praecinat,
Gaudens perpetuis saeculis omnibus.

E breviario mozarabico, quod vocant, d. 25 mens. Ianuarii Florez *España sagrada* V 1763 p. 326 s.
De Cixila episcopo, quem annis p. C. 774 ad 783 sedisse putat, exposuit Florez, ecclesiam S. Thyrsi, quae periit, Toleti, non Oveti fuisse iudicans. Cf. *España sagrada* VIII 1769 p. 318.

---

394 Toleti; locus ubi inventus sit lapis ignoratur; servatur in museo provinciali. Lapis fractus est in partes tres, altus circiter m. 0.80, latus 0.60, litteris altis m. 0.04.

☧
ASPIDIA . FAMVLA
DEI VIXIT ANNOS
PLV MINVS XXX
RE*q*VIEVIT I*n*
PA*ce* DIE
PRID*ie kalendas?*
MART*ias*
ERA . DV*iiii?*
INDECT*ione* . . . . ?

d. XXVIII m. Febr.
aera 509?
p. C. 471?

Catálogo . . . . de las pinturas cet. *existentes en el Museo de la provincia de Toledo* (Toleti 1865 8.) n. 3; Fita *bol. de la Acad.* X 1887 p. 344 ex delineatione Petri Berenguer y Ballester. Ectypum obtinere non potui.
V. 1 Chrisma simile est titulorum Inscript. Hisp. christ. n. 44 et 176, ut observavit Fita. Idem supplevit et explicuit. V. 10 *indictio* indicatur etiam in titulo Graeco Carteiano n. 289.
V. 4 PLV quod traditur non videtur supplendum in lapide, quamquam potest etiam casu excidisse s finalis.

Aspidia famula dei vixit annos plu(s) minus XXX, re[q]uievit i[n] pa[ce] die prid[ie] [kalendas?] Mart[ias] era ∂V[*iiii?*], *indect*[*ione* . . . .

---

395 Toleti, nescio ubi reperta; servatur in museo provinciali, fracta in partes quattuor; lapis altus m. 0.32, latus 0.45; litteris altis m. 0.04.

† SAGeNIS FAMVLV
SÆI VIXIT ANNOS L
RECESSIT INPACE II
IDVS APRILES ERA DC
†


d. XII m. April.
aera DC?
p. C. 562

Catálogo cet. (v. n. 394) nr. 1; Fita *bol. de la Acad.* X 1887 p. 345 ex delineatione Petri Berenguer y Ballester. Ectypum obtinere non potui.

Sagenis famulus dei vixit annos L, recessit in pace II idus Apriles era DC . .

V. 5 † finalis videtur certa esse; nisi subest numerus cum aerae in versu praecedente coniungendus.

396 Toleti, in museo, lapis calcarius gracilis, altus m. 0.52, latus 0. 37, crassus m. 0.05; litteris a parte dextra evanidis, altis m. 0.05 ad 0.03.



IMMAFRITA
IMAFRITA VIC
SIT ANNOS PLVS MINVS
XXXV REQVIEVIT IN PACE
SVB DIE SEXTO ID NO
VENBRI IN ERA DCXVII
DATVM EST PRO LO
CELLO IPSO IN AVRO
SOLEDOS III

d. VIII m. Nov.
aera 617
p. C. 579

Fita *bol. de la Acad.* XVI 1890 p. 318 s. cf. *bol.* X 1887 p. 344 s. cum imagine photographa. Eius lectionem sequor in partibus, quas imago photographa non exhibet.

† *Immafrita* † *Imafrita vicsit annos plus minus XXXV requievit in pace sub die sexto id(us) Novenbri in era DCXVII. Datum est pro locello ipso in auro soledos III*

V. 1 estne fortasse additus aetate posteriore? 4. 5 *Novenbri(s)* omissa *s* finali. 6 *datum est . . . . soledos* pro *dati sunt solidi* ex eius aetatis barbarie explicandum. *Locellus* est locus sepulcri.

397 (= 72*) Matriti, in claustro ecclesiae S. Mariae *de la Almudena*. Videtur periisse, nam annis 1868 et 1869, cum ecclesia reaedificaretur, frustra quaesiverunt Academici Matritenses.

*in nomine do*MINI BOKATVS INDIGNVS PRS*btr obiit d(ie)* . . . .
*anno dec*IMO ET TERTIO REGNO DOMNORVIM *chindasvindi*
*et recesvind*I REGVM ERA DCXXXV*iiii*

aera 689
p. C. 651

Ex antiquioribus Dávila, qui secutus est textum et interpretationem, quae desiderantur, Petri Afan (Perafan) de Ribera, ducis de Alcalá, viceregis Catalauniae et Neapolis († 1636) et ego; Ioh. de Vera Tassis *historia del origen, invencion y milagros de N^a S^a de la Almudena* (Matriti 1692) p. 217 e schedis Francisci de Fuentes Vizcarreto, testis oculati, quae et ipsae latent; inde Fita *bol. de la Acad.* XXVIII 1896 p. 420—426 cum docto commentario.

Damnavi ego propter supplementa inepta Dávilae sive eius quem sequitur auctoris; vindicavit recte et supplevit Fita, cuius tamen supplementa in quibusdam rebus mutanda duxi.

V. 1 Initium recte supplevit *Fita*. *Bokatus* quod traditur ex eius aevi consuetudine scriptum est pro *Vocatus*, in qua scriptione *k* vetustum pro *c* ante *a* non offendit; ut recte observavit Fita, qui propterea noluit mutare in *Rogatus*, quamquam ʒ forma saeculo VIII obvia G litterae pro K haberi potuisset. Sed vide infra de aetate tituli observata.

V. 1 extr. et 2 in. [*obiit an*|*no tertio dec*]*imo*, qui cum in aeram 738 incideret Egicae annus tertius decimus, Wittizae tertius, similiter atque in titulo Accitano n. 175 (de quo dixi supra p. 75), Fita supplevit
2 extr. (ubi RVD Dávila male, reliqui VM legerunt) *Egicani* atque
3 in. *et Wittizan*]*i*, ubi MI traditum est; aeram autem traditam additis in fine hastis tribus *iii* 738, annum p. C. 700 restituit. Annos duorum regum diversos ita continuo numerari idem tuetur interpretatione ea

tituli n. 175, quam supra indicavi. Mihi leniore aliquanto medela aera DCCXXXV visa est mutanda esse in DC*l*XXXV — C enim in illo scripturae genere, praesertim ante X, facile male legi potuit pro L, ∂CLXXXV . . . . — et addendae in fine hastae quattuor *iiii*, ut evaderet aera 689, annus p. C. 651, qui fuit decimus tertius Chindasvinthi. Si anni regum duorum re vera ita copulari potuerunt, ut Fita fieri putabat in titulo n. 175, hic quoque ei cedo et v. 2 in. [*anno tertio dec*]*imo et tertio* scribo; tertius enim Reccesvinthi annus fuit tertius decimus Chindasvinthi patris. Nescio an magis quadret tituli brevitas in sextum saeculum quam in septimum. Sed de hac temporum quaestione universa iudicabunt me peritiores. Ceterum quod v. 3 in. MI quod traditur mutavi in NDI, non in NI cum Fita, facilius illud a descriptore minus perito pro MI haberi potuit, quam NI.

Monumentum hoc si modo ex urbis ipsius solo prodiit, demonstrat Matritum iam saeculo septimo, i. e. multo ante Musulmanorum invasionem, habitatum fuisse ab incolis christianae fidei addictis.

398 (= 165) *Cabeza del Griego.* Exemplum olim plenum haec habuit inde a versu 17:

QVEM SIBI NON SOBITVS
PRIVABIT TRANS
ITVS ISTE
SEV QVORVM QVAERITVR
NVNC ABIISSE MALVM

REC SVB DIE XVI KAL IVL
ERA DLXXXVIII — d. XVI m. Jun. aera 588 p. C. 550
IN PACE

E libellis Vincentis et Iohannis Francisci Falero atque Iacobi Capistrano de Moya (quos reliqui editores male sprevimus) ed. Aurelianus Guerra *Boletin de la Academia* I 1877—79 p. 138.

Legendum igitur:

Quem sibi non sobitus privabit transitus iste Seu quorum qu[*a*]*eritur nunc abiisse malum. Rec(essit) sub die XVI kal(endas) Iul(ias) era DLXXXVIII in pace*

Sobitus pro *subitus* et *quaeritur* pro *queritur* (passive usurpatum) scripturae conveniunt saeculo sexto medio, cui iam constat titulum tribuendum esse.

Ex inscr. Hisp. christ. Buecheler carm. epigr. Lat. II p. 659 n. 1393. V. 7 *qui meri*[*tis sanc*]*tam*, 12 *quem sibi non solu*[*m*] B., scilicet finem nondum novit; unde 20 scripsit [*mundus c*]*um quaeritur* [*totus id e*]*sse malum.* Denuo apparet quam anceps sit supplendi artificium.

399 (= CIL II 3222 Suppl. 6340) "*Esta lápida . . . se trasladó desde las ruinas de Oreto y está colocada en la fachada principal de una casa en la calle del Santo en esta villa de Granátula*" **Siles**. Ibi extat, in domo Eduardi Céspedes, *calle del Santo No. 8,* prope portam inserta parieti intrantibus a dextra **Fita**. Tabula lapidea rudis; facies inscriptionis alta est m. 0.33, lata 0.42, margine incluso, cuius ornamenta similia dicit Fita tituli christiani Gallici a. 495 apud Le Blant *inscriptions chrétiennes de la Gaule* n. 12 tab. III 9. Litterae altae sunt m. 0.04.

EX · OFFICINA · HOMONI
VTERE · FELIX · VASCONI
IN ☧ PROC · TIBERIANO
FACTVS EST HORREVS
D · N · VALENTINIANO · AVG
TER · ET · EVTROPIO · V · C
CONS · SCRIB · ELEFANTO
[illegible] · MI [illegible] LI · NE[illegible]

p. C. 387

Fita *bol. de la Acad.* XVIII 1891 p. 375 ss. q. v.; Fr. Marianus Ventura de Siles *Novena de Nª Sª de Azuqueca* (Ciudad Real 1846) p. 20.

V. 2 VTERE · EFFECTVS · FELIX errore admirabili antiquiores praeter Moralem, orto illo ex pravo supplemento *utere felix* formulae (*utere ef felix*).

V. 8 qui nunc primum comparet [*magis*]*t*(*ris*) *Vi*[*taliano*] *et Neb*[*ridio*] supplevit Fita; sed certa supplementa non suppetunt. Versu extremo fortasse consulatus indicatio latet. Fita initium existimat constare versibus duobus iambicis *ex officina Hómoni* | *utére felix Vásconi;* sed obstat hiatus ante *Homoni* et prosodia *útere.* Homonius Ὁμόνοιος? *Vasconi* est vocativus, ut *Castrice* supra n. 350.

400 (= 171) Extat Granatulae in pariete exteriore ecclesiae parochialis, ad portam meridionalem, tabula marmorea alta m. 0.30, lata 0.66.

CE
SACERDOS OCCvR
RIT AMATOR ETATIS SVE XLIII
ANNO DIE V ID FEBR ERA DCLII
FELICTER II SISEBVTI REGIS
EPISCOPATV ANNO I ET ME X
T IN PACE AMEN

d. IX m. Febr.
aera 652
p. C. 614

Descripsi ex ectypo quod miserat Fita, qui ed. *bol. de la Acad.* XVIII 1891 p. 378; ediderat ante Fr. Mariano Ventura de Siles *Novena de N.ª S.ª de Azuqueca* (Ciudad Real 1846) p. 46.
Fita supplevit, observans deesse plus quam dimidiam partem:

. . . . . *ce[lesti regi] sacerdos occurrit Amator, etatis sue XLIII anno, die V id(us) Febru(arias) era DCLII, [an(no)] feliciter II Sisebuti regis. [Vixit in] episcopatu anno I et me(nsibus) X, [recessi]t in pace, amen.*

Amator episcopus Oretanus erat a die IX m. Aprilis anni 612; discitur inde Sisebuti regnum incepisse post diem IX m. Febr. anni 612.

---

401 (= 172) *Baylén.* Ectypum gypseum ex sylloge Góngorae est in museo archaeologico Matritensi, item in Granatensi; ectypum chartaceum ex gypseo factum misit Melida. Lapis longus est m. 1.56, altus 0.36; litterae variant, pleraeque altae sunt 0.06.

† INNME DNI: LOCVBER ASCI INDIGNNVS ABBA FEcT
ET DVOS COROS: IC CONSTRVXIT: ET SACRA
TE SVNT SCORVM DI EGLESIE PRIDIE IDVS MA
G ERA DCCXXVIII QVARTO REGNO GL DNI NSI EGICANI

aera 729
p. C. 691


Fita *bol. de la Acad.* XXVIII 1896 p. 419—420, qui temporum rationes illustravit.

Ectypum, quod habeo, repraesentari non potuit; initium v. 4 paene non sinit distinguere, in reliquis probat quidem quam proposui lectionem, sed tamen docet ne Palomaris quidem imaginem delineatam eleganter archetypum repraesentare fideliter, ita ut singulorum vocabulorum collocatio et litterarum formae (veluti Ɛ pro E) observatae sint accurate. Unde nova lapidis imago perquam desideratur; textum insignem repetivi litteris communibus perspicuitatis causa, cum in singulis non recte exhiberi soleat.

V. 1 INDIGNNVS ita duabus N scriptum est in lapide. Indignos saepius se dicere abbates eius aetatis Fita adnotat.

V. 4 extr. et 5 in. MA/G, quod traditur, potest significare *pridie idus Mag(ias)*, pro *Maias*; si modo ita scriptum in lapide est. Aerae numeros a me restitutos probavit Fita.

402 (= 173) Tugiae. Lapis longus m. 0.52, altus 0.42, litterae altae 0.05, saeculi fere sexti. Ectypum gypseum ex sylloge Góngorae est in Museo archaeologico Matritensi, item in Granatensi.



Descripsi ex ectypo gypseo itemque e chartaceo, quod misit Mélida, qui putabat inscriptionem fortasse continuatam esse in altero latere lapidis.

Lectio omnino certa est. Quid subsit nescio; *ad te, Lerario* ... proposuit Gomez Moreno, vix recte. Cogitavi de *Ad*[*c*]*eleravi o*[*bitum tuum ut celerius recipiare in caelum*] vel similia, quae possunt subesse; nam c fortasse hanc formam habuit ⊏, titulus in lapidibus pluribus fortasse continuatus erat.

---

403 Carthagine rep. ante a. 1876 in via quattuor Sanctorum; nescio ubi servetur. Tabula marmorea alta m. 0,70, lata 0,40; litterae altae sunt m. 0.07, saec. ut videntur VII.

† HIC IACET
SATVRINA QVI
VIXIT ANNoS
SEX ET REDIVIT
IN PACE SIQVIS
TEMTAVERIT ISTO
MoNVMENTo A
BEAT · PARTE CoM
IVΔA ISCARIoTA

Descripsi ex ectypo, quod servabat Aurelianus Guerra, qui ed. *Actas de la Acad. de la Historia* [ed. Caietanus Rossell] a. 1876 p. 26; Barrantes *aparato bibliográfico para ... Estremadura* II p. 476 ex ephemeride quadam Carthaginiensi *la Epoca;* Eduardus Saavedra in ephemeride Matritensi *El Cronista* d. 3 m. Mart. a. 1876 cum docto commentario.

† *hic iacet Saturina qui vixit annos sex et redivit in pace; siquis temtaverit isto monumento abeat parte com Iuda Iscariota*

V. 2 *qui* pro *quae* ex eius aetatis barbarie, ut *temtaverit isto monumento* pro *istud monumentum, abeat* pro *habeat, parte com* pro *partem cum.*

V. 4 REΔIVIT est in lapide; tamen vix puto cum editoribus cogitandum esse de *redibit* pro *rediit in pace(m)*, sed errorem esse pro *requivit requievit.*

Formulas similes vide in titulo Emeritensi supra n. 336.

404 Carthagine, fragmentum ex marmore rubro, rep. prope ecclesiam cathedralem vetustam, longum m. 0.5, altum 0.2, litteris scariphatis saeculi fortasse VII.

ECΠΒΙΑΙΙ
CIV · PATPDOS
NAMCIADISINIVRIAS

Fita misit m. Februario a. 1897 delineatam ab Emmanuele Fernandez Villamarzo et ed. *bol. de la Acad.* XXX 1897 p. 422. Supplevit sic fere:

[† *In nomine domini consecrata est*]
[illegible]
cir[*it*]*ati*[*s e*(*pisco*)]*po s*[*ub die* . . .
Nam cladis iniurias [*experta est machina sacra*]

Sed v. 2 videtur legi *depos*(*itio*). Ectypum expectandum sive photographia, cum litterae admodum tenues sint. A v. 4 carmen incipere patet, quo bellum vel tumultus aliquis eius aetatis indicatur. Licinianus episcopus Carthaginiensis mortuus est Constantinopoli d. 27 m. Nov. a. 602; ut adnotat Fita, qui ad verba *nam cladis iniurias* comparat Verg. Aen. II 361.

---

405 Prope Carthaginem, in campo *de Susaña*, inter *Mazarrón* et mare.

CORPVS EPENETI EPISCOPI

Laurentius Hervas *preeminencias y dignidad que en la militar orden de Santiago tienen su prior eclesiastico y su casa matriz, llamada convento de Santiago de Uclés* (Carthagine a. 1801 4.) p. 112; inde ed. Aurelianus Guerra Deitania p. 24.

Epenetus est 'Επαίνετος sive 'Επένετος.

Nolui omittere, cum possit vetusta esse inscriptio; sed magis crediderim saeculi XVI.

---

406 (= Additam. Brit. 2) *Cehegin*, mensa altaris marmorea rep. a. 1626 prope oppidum quarta leugae parte versus occidentem in parietinis aedificii vetusti in ripa sinistra *Quipar* fluminis ad radices montis *Cabezo de la Muela*, ubi fuisse Begastri oppidi situm probabile est; titulus in quattuor mensae lateribus inscriptus. Videtur periisse.

† N o Δ o A C R V S M I N V S
B I G A S T R E N S E C C L E S I E E P S
S A C R A V I T A N C B A S E L I C A M
SCI VINCENTII · ANNO · III · PONTFICAVS
S †

Aurelianus Fernandez Guerra *Antigüedades del cerro de los Santos en termino de Montealegre* (*Discursos leidos ante la Real Academia de la Historia en la recepción pública del Sr. D. Juan de Dios de la Rada y Delgado el dia 27 de Junio de 1875;* Matriti 1875 fol.) p. 145 et Deitania p. 24 (cf. p. 9) ex schedis Martini de Ambel y Bernard *historia de Cehegin* cap. XII excriptam ab illo anno 1657.

Episcopus Begastrensis hic Acrusminus (fuitne nomen ei 'Ακροούμενος Acroumenus?) aliunde non magis notus est quam Vitalis tituli n. 407.

407 (= 181 Additam. Brit. p. 3*) *Cehegin*, fortasse eo delata e situ oppidi Begastri (v. CIL II suppl. p. 956).

† *in Nom*· D N I · V I T A L *is*
E P S C O N S E R C A V I T o θ o
H A N C B A S E L I C A M

Ex Martini de Ambel y Bernard *historia de Cehegin* ms. cap. XII cum n. 406 repetivit Guerra *discurso de Rada* p. 145 et Deitania p. 25.

Initio videtur legendum cum Guerra *in nomine domini*, nomen vero episcopi incertum manet. Guerra priore loco (*discurso*) versum ita exhibet ut supra dedi, observans Vitalem illum episcopum aliunde non notum anno fortasse p. C. 554 sedem obtinuisse Eliocrocae; eo enim *Cehegin* oppidum pertinuisse. Altero vero loco (Deitania) ex eodem fonte aliam versus primi lectionem profert † *nmō*NIAGNIVITA et de nomine mihi non noto *Agnites* vel *Agnistes* cogitavit, nescio quo iure. Latere poterit *Nevitta* nomen. Sed lectio omnino incerta est.

INSVLAE BALIARES

(post n. 183)

408 In praedio *Binicudrell de devant* insulae Balearis minoris, prope monumentum ex lapide quadrato e genere eorum, quae dicuntur *talayots*, i. e. speculae, extabat mensa lapidea eius generis, quae *taulas* (tabulae) appellantur, in cuius pede haec scripta sunt

+ QĀIfA

Descripsi ex ectypo quod m. Iulio a. 1888 miserant Pater Cardona et Theodorus de Ugarte.

Videtur esse *Qaifa* nomen fortasse viri alicuius, ut *Qaico* in titulo tabellae Ursonensis n. 97. Christianae aetatis esse inscriptionem crucis signum indicat; sed cuinam aetati adscribenda sit ignoro. Saeculi V vel VI sunt tituli pavimenti tessellati in insula Baleari maiore reperti supra n. 183.

VI. CONVENTVS TARRACONENSIS.

n. 184. 185

186 Titulum trilinguem Dertosanum ediderunt post me Fita *Museo español de antigüedades* VI 1875 p. 55 et *boletin de la Academia* II 1882—83 p. 199 ss. (cum tabula xylographa ex photographa facta) et Graetz *Monatsschrift für die Gesch. des Judenthums* a. 1880 p. 143. Textum Hebraicum dedit etiam J. Euting in tabula scripturae Hebraicae ad illustrandum Chwolsonis Corpus inscript. Hebraicarum digesta ac delineata (Argentorati 1882).

Extat in eadem domo viae *de Santa Ana*, ubi eam primus vidit Iulius Carvalho, Iudaeus Francogallus ex Portugallia oriundus, architectus de Dertosa urbe optime meritus, intra in curte.

V. 9 CVIESCIT Fita.

V. 11 matris nomen ita fere C ⟩⟩/ CMARIES ab eo exhibetur non magis perspicue quam antea. Etiam reliqua Latina et Graeca non multum emendantur. Propter litterarum formas Hebraicas reliquasque adscribitur a Fita saeculo fere sexto medio.

A tergo lapidis chrisma insculptum est aetate posteriore hoc:



187—192

409 Valentiae, "epitaphium Iustiniani, qui fuit episcopus Valentiae ante medium saeculum sextum (anno 546) et interfuit concilio Valentino, cf. Aguirre concilia Hispan. ed. Catalani III p. 171" **Rossius.**

Pius praeclarus doctor alacer facundus
Iustinianus caelebs pontifex sacer[dos],
Noba templa construens vestustaque rest[aurans],
Ornabit festa dictis predicans in populis,
Virgines instituens monacosque gu[bernans].
Scripsit plura posteris profutura [cunctis].
Hic miro maris insola[m] munimine saepsi[t],
In [q]ua maris circumflue[n]tibus undis
Silice disrupto predulcem repperit limfam.
Hic Vincentium gloriosum martirem $\overline{\text{Xpi}}$,
Sat pio quem coluit moderamine vivens,
Hunc devotus moriens reliquid eredem.
Undecim presentis quinquiennia vite
Quattuor lustris visque quaternis mensibus
Connumerandus sanctis ministrabit antistes.

Ex Anthologia Hispana codicis Parisini Lat. n. 8093 saec. VIII descriptam a Leopoldo Delisle v. c. primus edidit I. B. de Rossi inscript. christ. urbis Romae vol. II 1 (1887) p. 293.

Supplementa vv. 2. 3. 5. 7 Rossii sunt, 6 meum.

Ex eius aetatis pronuntiatione prodierunt v. 3 *noba*, 4 *ornabit*, 14 *vis*, 15 *ministrabit*; 4 *predicans*, 9 *predulcem* 13 *presentis* (sed 2 *caelebs* 7 *saepsit*); 5 *monacos*; 7 *insola*; 10 *martirem*; 12 *reliquid*.

V. 5 *gua* . . . . Anthologia; fuit *guvernans*.


7 Qualis insula indicetur ignoro. 8 *qua* Anthologia.

10 "Vincentius Martyr passus prope Saguntum (Prudentius peristeph. IV 99) sepultus est Valentiae extra muros (Ruinart Acta SS. ed. Amstelaed. p. 373)" Rossius.

Versus sequentes accentum vocabulorum in sermone pedestri usurpatum agnoscunt: *píus praeclárus dóctor* | *álacer facúndus* || *Iustiniánus caélebs* | *póntifex sacérdos* cet., sed non ubique feliciter compositi sunt.

---

410 Dianii, pavimentum tessellatum rep. d. 16 m. Dec. a. 1878 ad pedes sepulcri, quod ossa integra Severinae servabat. Tabula inscriptionis alta est m. 2.12, lata 0.85; litterae altae m. 0.05. Fitae et Guerrae visae sunt saec. IV esse, quacum aetate etiam convenire putant ornamenta pavimenti. Quae quamquam bona sunt litteraeque elegantes, tamen propter formulas magis cogitaverim de saeculo V.



SEVERINA
VIXIT AN
NOSXXXX
DECESSITIN
PACETERTI
V IDVS FEB — d. XI m. Febr.

Rochus Chabas *Memorias de la Sociedad arqueologica Valenciana* a. 1879 (Valentiae 1880 4.) cum imagine lithographa p. 27 ss. et in ephemeride sua *el Archivo* vol. I 1886 p. 2. 9. 17. 243. 249 (inde memoratur *bol. de la Acad.* VIII 1886 p. 427 *Berliner phil. Wochenschrift* VI 1886 p. 733—766) et multis aliis locis, deinde in scriptione *los primitivos Cristianos españoles* ibidem vol. IV 1890 p. 145—171. 193—202. 241—247. Hunc secuti ediderunt A. Guerra et F. Fita *recuerdos de un viaje á Santiago* (Matriti 1880) p. 72 et Fita *bol. de la Acad.* IV 1884 p. 23 (cf. *el Archivo* vol. I 1886 p. 348) et XVII 1890 p. 272 (cf. *el Archivo* VI 1892 p. 9 VII 1893 p. 13).

Severina vixit annos XXXX decessit in pace tertiu(m) idus Feb(ruarias)

V. 5. 6 *tertiu* pro (die) *tertio* non offendit; desideramus aeram.

412 Dianii, fragmentum tabulae ex lapide harenario, rep. prope locum in quo postea apparuit pavimentum Severinae (n. 411), altum m. 0.23, latum 0.21; servat Franciscus Merle Valentiae (*calle de S. Vincente*, 188). Litterae altae sunt m. 0.04, bonae, saeculi puto V vel VI, cum D habeat formam triangularem, E hanc Ᵽ.



Descripsi ex imagine photographa a Rocho Chabas mihi missa, quam hic repetivi. Fita *bol. de la Acad.* IV 1884 p. 24 (inde Chabas *el Archivo* II 1887 p. 348).

V. 1 ante R apex inferior C litterae clare perspicitur. 2 ante O superest T litterae linea superior dimidiata. 3 in. aut T aut C litterae pars superior superest, non S. 4 ante V videtur C vel T potius fuisse quam A.

Fitae supplementa: [*in nomine domini hic sun*]*t reliqu*[*iae sanc*]*to*(*rum*) *depo*[*sitae s*(*an*)*c*(*t*)*i Vita*[*lis* . . . *Fa*]*ust*[*i* . . ., quamquam per se probabilia cum litterarum apicibus non conveniunt. Fuit fortasse: *in n*(*omine*) *dni hi*]*c reliqu*[*iae sanctorum in loco sanc*]*to depo*[*sitae sun*]*t civita*[*tis Dianensis, quae ve*]*tust*[*ate dilapsae erant*. Sed sunt haec admodum incerta.

413 Sine loco **Anthologia.** Epitaphium Iohannis episcopi Tarraconensis testatur carmen ipsum Tarracone fuisse, ut vidit **Rossius.**

Te Ioannem Tarraco coluit mirificum vatem
Tuosq. in hoc loco in pace condidit artus.
In te libra morum, in te modestia tenuit regnum,
Nitens eloquio mitissimus pollebas in corde,
Gerens curam pauperum, pietate preditus ampla.
Scs̄ namq. vita, fide magnificent[i]us ipse
[Ap]paruisti cunctis pergens ad premia Xpi.
Tuum nempe nomen tuamq. dulcissimam mentem
Laudabunt posteri, numquam abolenda per evum
Merita preconiis adtollunt facta per sc̄lis
Denis equam libram [tenens r]emeantibus lustris.
Rector doctorq. prefuisti monacis et populis
Octiens denos vita peragens feliciter annos.

Ex Anthologia Hispana saec. VIII codicis Parisini Lat. n. 8093 ed. I. B. de Rossi inscript. christ. urbis Romae vol. II 1 (1887) p. 294. Inde repetivit Buecheler carmina epigraphica I (1895) n. 699.

V. 5 predictus *Anthol., correxit Rossius.*

6 magnificent^us *Anthol.*, magnificentius *Rossius.*

7 paruisti *Anthol., fortasse recte; supplevit Rossius.* — peragens *Anthol.; correxit Rossius.*

10 adtollunt *Anthol.*, attollent *Rossius.* per s(ae)cla *idem*; *retinui vitium*, parentes (*pro* persclis) *maluit Bücheler.*

11 equo libram memineantib. lustris *Anthol., emendavit Rossius monens sedisse eum annis XXV* aequo libramine minuantibus *proposuit Bücheler.*

13 vitae *correxit Rossius, sed* vita *recipi posse agnoscens.*

"Ioannes episcopus Tarraconensis praefuit conciliis Tarraconensi a. 516, Gerundensi a. 517 (Aguirre concilia Hispan. III p. 125. 130)" *Rossius.*

Redeunt pronuntiationis vulgaris testimonia in titulis eius aetatis sollemnia *Ioannem* v. 1 *monacis* 12 *preditus* 5 *premia* 7 *evum* 9 *preconiis* 10 *equam* 11 *prefuisti* 12; contra scribitur more vetusto *adtollent* 10.

413 Sine loco **Anthologia.** Epitaphium Sergii metropolitani Tarraconensis sine dubio Tarracone stetit.


Sollers magnanimus pius ingenio cato
Hic quiescit in tumulo Sergis pontifex scs̄,
Qui sacri labentia restaurans culmina templi
Haud procul ab urbe construxit cenobium scis̄.
Pauperes patrem hunc, tutorem habuere pupilli,
Viduas solamen, captibis precium.
Esurien[tibu]s repperit alimentum.
Profluus in lacrimis depulit contagia carnis.
Cunctis carissimus, exuberanti gracia polle(n)s,
Parcus in abundantia, locuplex egentibus vixit
Septies denos presentis evi peragens annos,
Tria sacer pontifex pariterq(ue) septena
Religiosae vite explevit tempore lustra.


Ex Anthologia Hispana saec. VIII codicis Parisini Lat. n. 8093 ed I. B. de Rossi inscript. christ. urbis Romae vol. II 1 (1887) p. 294.

V. 2 Sergis *rustice pro* Sergius *retinui, nam formae eius modi graecissantes inde a saec. III non rarae sunt.*
4 in. // cul' *Anthologia;* emendavit *Rossius.*
5 [Hunc] pauperes patrem, hunc tutorem *Rossius, non necessario.* habere *Anthol., correxit Rossius.*
7 esuriens *Anthol., supplevit Rossius.*
9 gracia *zetacismi Hispani exemplum potest esse, nisi error est scribae.*
10 *Ad* locuplex *cf.* milex *non raro alibi scriptum.*
13 tempora *Anthol.* "Nempe e septies denum (LXX) annorum religiosae vitae tempore tria lustra (XV annos) sacer (in sacro ordine), septena (XXXV) pontifex explevit" *Rossius.*

"Sergius episcopus Tarraconensis praefuit concilio Barcinonensi a. 540 (Aguirre concilia Hispan. ed. Catalani III p. 165)" *Rossius.*

414 Emporiis, tabella ex alabastro alta et lata m. 0.30, litteris non profundis, altis m. 0.03.





Descripsi ex ectypo quod misit Raimundus Font archipresbyter Gerundensis a. 1896, qui ed. *Revista de la Asociación artistico-arqueológica barcelonesa* I 1896 p. 209 cum imagine phototypica.

Ectypum evanidum imaginem admodum obscuram reddidit.

Videtur dicere:


in Crhis(ti) n(omine?) Maxi[me] ave, vale

Quamquam formula vetusta *ave vale* ex dialogo orta vix convenit eius aetatis titulo sepulcrali.

INSTRVMENTI DOMESTICI INSCRIPTIONES.

I. AERI INSCRIPTA
(v. CIL II S. p. 1002)

415 Matriti, in museo archaeologico, chrisma aereum.



Museo español de antigüedades VI 1875 p. 58.
Cf. Florentius Janér *de las alhajas visigodas del museo arqueológico nacional y de otros adornos antiguos*, ibid. p. 137 ss.

416 (= C II 6249 6) Ucubi (*Espejo*) rep., servatur Matriti in museo archaeologico: insigne aereum, draconem et fructum pini exhibens.

☧

Ioh. de Deo de la Rada y Delgado *museo español de antigüedades* VII 1876 p. 591.

417 (= C II 6249 7) Matriti, in museo archaeologico; unde provenerit ignoratur; insigne (?) aereum, equum repraesentans.

VIVA☧

Ioh. de Deo de la Rada y Delgado *museo español de antigüedades* VII 1876 p. 591.

Viva(t) Chr(istus)

T finalis omissa ex pronuntiatione rustica.

418 (C II 6249 8) *Sierra Elvira* (Iliberri) in coemeterio rep. fibula aerea; servabat Matriti Guerra.

VIAI-C

Emmanuel Gomez Moreno filius misit a se descriptam, qui ed. in patris libello *Elvira* p. 22 tab. XVI fig. 220; Nicol. Peñalver y Lopez *la Alhambra* vol. V part. II a. 1842 p. 145ss. tab. 4.
Cf. n. 417 (C II 6249 7).
Videtur aut idem significare atque praecedens aut *viv(at) I(e)s(us)*.

419 *Fuente de Alamo*, ad septentriones a *Puente Genil*, rep. a. 1877, vinculum (*bisagra*) aereum, altum m. 0.095, latum 0.055, ornamentis variis distinctum, inscriptum ita,

XPS · HIC
✝
A | ω

A. Guerra *nuevos descubrimientos epigráficos* cet. (ex Ephemeride *la Ciencia cristiana*) Matriti 1879 p. 5s.

Chr(istu)s hic α ω

420 Bulla, sive ornamentum bullae simile, ex aere, rep. a. 1865 s. 1866 in *Almazarrón* prope Carthaginem novam. Altum est m. 0.12 cum ansa, diametri 0.10; litteris saec. V vel VI ex opere perforato.



SCE PAVLINE VIVAS ETEORVS

in interiore

TE SEMPER SEDAS

Descripsi ex imagine hac photographa missa ab Andrea Baquero professore Murciensi, qui possidet.

Litterae circuli exterioris ultimae, quae ab ET incipiunt, admodum obscurae sunt; tamen puto eas significare ET FLOREAS. Nam INDEO vel similia non quadrare affirmat Baquero, qui in archetypo legere sibi visus est ETEOVΞS. Cogitavi aliquando de ET FOVES, pro *foveas*.

II. ANVLI

(v. CIL II S. p. 1025)

n. 208 Verba haec ex evangelio Iohannis *os non comminuetis ex eo* a scriptoribus saec. XVI variis commemorari utpote formulam aptam ad corporis dolores pellendos tolerandosve adnotat Le Blant *Journ. des Sav.* a. 1873 p. 323.

421 (= C II 6260 23) Legione, in museo S. Marci, anulus aureus.

M
E ± C
A

Descripsi a. 1881.

Meciani?

422 Emeritae, anulus aereus; servat *Almendralejo* in aedibus suis Marchio de Monsalud.

x N V x
ˋE S Λ ˋ

Nuesa

Descripsi ex ectypo, quod misit qui possedit Marchio de Monsalud.

Non intellego, nisi nomen est peregrinum. An *e(s) sanu(s)?*

423 Emeritae, anulus argenteus, extat apud Antonium Martinez, *Almendralejo.*



Descripsi ex ectypo, quod misit Marchio de Monsalud.

Pumoni?

424 Tarracone, anulus aureus aetatis Visigoticae. Servatur ibi in museo; litterae altae sunt m. 0.004.

. REVERENTIO TVO MACARI VIVAS

Descripsi ex ectypo, quod misit Angelus del Arco musei director; A. Engel *Rapport d'une mission scientifiquv en Espagne* (Parisiis 1893) p. 25.

Ectypum repraesentari non potuit.

425 Emeritae, anulus aereus, apud Antonium Martinez in *Almendralejo.*

O O
SSSSSS
O O

Descripsi ex ectypo, quod misit Marchio de Monsalud. S littera sexies repetita cum O quattuor num quid omnino et quid significet ignoro.

426 Iptuci (*Cabeza de Hortales*), anulus aereus (diameter exterior m. 0.025, interior 0.020), in margine exteriore est

÷

in campo anuli

V·K

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXX 1897 p. 284 et legere voluit aut *Kupari vivas* aut *Ael(ii) Kra(teri).*

Nihil video praeter litteras V et K cum A coniunctas, quae possent significare *Va(lerii) Ka(pitonis),* si anulus vetustior esset; ea vero aetate, cui probabiliter adscripsit Fita, scilicet saeculo IV vel V, potius talia significabunt: *v(ivas) Ka(pito).* Sed interpretatio omnino incerta est.

427 (= C II 6260 24) Hispali, olim apud Franciscum Matthaeum Gago, anulus aureus; supra in capite gemma est, infra in circuitu incisum hoc signum, aetatis puto christianae:

S V I
L

Descripsi a. 1881.

Utilis?

428 (= C II 6260 26) *Atarfe*, in museo Granatensi, anulus aereus.

AG·C

Descripsi. Gomez Moreno *Sierra Elvira* p. 23 n. 267. *Agio?* Vix legenda.

429 (= C II 6260 25) *Atarfe*, in museo Granatensi, anulus aereus.

+ WI ÷

Descripsi. Gomez Moreno *Sierra Elvira* p. 23 tab. XVII 255.

W . . . .

430 (= C II 6260 27) *Atarfe*, in museo Granatensi: anulus aereus.



Descripsi. Gomez Moreno *Sierra Elvira* p. 23 tab. XVIII 256.

Non intellego.

III. TEGVLAE

(v. CIL II S. p. 1007)

Tegulas, quas christianas dixi propterea quod multae chrismate insignitae sunt, servant musea Hispalense Cordubense Matritense; quae in Matritensi sunt, cum incertae originis sint, in fine collocavi. Descripsi eas m. Maio a. 1889 adiutus a Raimundo Mélida. His acesserunt nuper quaedam ab amicis submissae.

193 (= C II 4967 32) Exemplum unum vidi a. 1881 Hispali apud Franciscum Matthaeum Gago, alterum apud Franciscum Caballero Infante, quod dicitur provenisse Acinipone, tertium a. 1886 Matriti in museo archaeologico, quod edidit Rada *Museo español de antigüedades* VII 1876 p. 593.

194. 195

196 (= C II 4967 35) Exemplum unum vidi apud Franciscum Caballero Infante Hispali, alterum est Matriti in museo archaeologico. Rada l. s. s. (ad n. 193) p. 593.

197 v. infra n. 432.

198 (= C II 4967 3) *Monumentos arquitectónicos de España* fasc. 68. Exemplum prorsus aequabile vidi Cordubae in museo a. 1881. Quod in museo Cevallos fuit, iam translatum est Malacam in museum Marchionis de Casa Loring. Berlanga legit CIL—AVCI cogitabatque de homine Cilus dicto ex Aucia oppido oriundo. Sed hoc ab harum tegularum usu abhorret. Facilius crediderim legendum esse CILAVCI et nomen fuisse Ibericum Cilaucus. Comparari potest *Siloca* rivus prope Bilbilim, fortasse Silauca aut Cilauca Iberice, ut observavi in censura Martialis carminum a Friedlaendero editorum *Wochenschrift für klass. Philologie* IV 1887 p. 813.

199—203 b

431 (= C II 6253 1) In situ Carisae (*Cortijo de Carija* prope *Bornos*) repertae sunt tegulae duae quadratae, altae et latae m. 0.39, crassae 0.035. Titulus litteris prominentibus scriptus est, ut solet, in marginibus, in facie maiore est chrisma intra circulum. Servabatur altera Hispali apud Franciscum Matthaeum Gago, altera ubi extet ignoro.

a Nabrissae repertam esse Gago dixit Fickero, errore pro Carisa.

b e fragmentis duobus grandioribus constabat.

a



b



a Descripsimus ego 1881, Ioh. Ficker a. 1888.

b Gago apud Antonium Delgado *nuevo metodo* I 1871 p. 56, cui dederat Ioh. de Deo Barra, incola Bornensis.

Lege *Aelia Elina cum filis gaudet subu*[*le*] *sal*[*va*]


Elina fortasse pro Helena scriptum est; *subu*[*le*] est subole.

432 (= 197. CIL II 4967 36 et Ephem. epigr. VIII [p. 136] n. 259).
Los Arroyos de Puente Genil, tegulae duae; *a* servata olim apud Augustinum Perez de Siles, *b* apud Emmanuelem eius filium.

a

A ☧ Ω
SALVO IMPERIO
FELIX ASELLA

b



Berlanga misit m. Aprili a. 1895; *a* periit aut latet.

Salvo imperio sive *e*[*mperio*] formula pro nota *salvis dd. nn.* hic primum, nisi fallor, in Hispania occurrit, usurpata fortasse dum imperatorum nomina ignorantur.

---

433 (= C II 6253 11) Acinipone (*Ronda la vieja*) rep., servabatur Hispali apud Franciscum Caballero Infante; in quattuor lateribus scriptum est

a IW AIЯTƎMƎDVA⅃ꟻ
b VWWCVSSWE ...
c MƎDVA⅃ꟻ
d ƆWW/ S

Descripsi a. 1886.

Lege *Flav*(*i*) *Demetriani.* Reliqua non intellexi.

434 (= C II 6253 2) Hispali, apud Franciscum Caballero Infante, alicubi in Baetica reperta.

DIONA CVM FILIIS ω

Franciscus Caballero Infante misit m. Martio a. 1889 a se descriptam.

Diona cum filiis [α†]ω

---

435 *Arcos de la Frontera,* in praedio dicto *de Sédula,* octo ab oppido chiliometris, tegula quae num extet et ubi ignoro.

EVSEBIORVM

Cean Bermudez p. 258 (quod me fugerat); inde Fita *bol. de la Acad.* XXIX 1896 p. 444.

436 (= C II 6253 3) Olim Hispali apud Franciscum Caballero Infante, unde ex Baetica certe provenisse putandae sunt, nunc Matriti in museo archaeologico, litteris prominentibus. Vidi exempla undeviginti, quorum unum tantum (1) trium laterum titulos *a b c* exhibet plus minus integros, quattuor duorum *a b*, unum duorum aliorum *b c*, quinque unius *a*, quattuor alterius *b*, quinque tertii *c*; quattuor latera in nullo exemplo inscripta vidi. Singulorum laterum titulos non adscripsi nisi paucos, qui ad lectionem stabiliendam faciunt. Scripti sunt tituli vel impressi ita, ut legantur a dextra ad sinistram.

	a	*b*	*c*
1	OIMVTЯOꟻ	AVIVOLT	ƧVΓAOVAƧIM
2		ƧAVIVOLT	AOVAƧ†M
3		ƧAVIVOLT	VAƧIM
4		VI	OVAƧIM
5			OVAƧ†
6	OIMVTЯ		
7		AVIVOLT	
8	TЯOꟻ		ƧVΓAOV

Descripsi partim a. 1881, omnes a. 1889.

Litterae singulae perspicuae maximam partem sunt; tamen praeter (*a*) *Fortunio* reliqua nomina non intellego. In *b* utrum OLT an OIT an OIL an OTI legendum esset distinguere non potui; *vivas* certum est. In *c* incertus haesi utrum IM an †M scriptum fuerit, quamquam dedita opera exempla inspexi. Cogitavi de [*i*]*n* † (*Christo*) *Suaviolus* (?) vel *Suavolius*. Sed veram lectionem nondum inveni.

---

437 *Cortijo de Barbuán, termino de Morón*, tegulae quattuor, longae m. 0.39, latae 0.23, crassae 0.04.

delphinus *concha* *delphinus*

SALVO EPIS///  MARCIANO

Michael Mancheño misit delineatam ex *Arcos de la Frontera* m. Oct. a. 1897.

Lege *salvo epis*[*copo*] . . . . . *Marciano*

Inscriptio fortasse integra est.

Marcianum aliquem episcopum fuisse Astigitanum annis 629 et 638 observavit Fita. Unde loca haec conventus fuisse Astigitani apparet.

438 *Arcos de la Frontera*, in praedio dicto *de Jaudón*, chiliometris quinque ab oppido; tegula.

INNIS
NICA RIS / NICA RIS
INNIS

Fita *bol. de la Acad.* XXX 1897 p. 190.

Nica Risinni

Risinium s. Risinnium oppidum est Dalmatiae, hodie *Risano*. Inde videtur nomen Risinnii derivatum esse.

439 (= C II 6253 12) Cordubae, in museo, in duobus lateribus tegulae, litteris prominentibus.

a AOVLA

b SVCIOB

Descripsi a. 1881.

440 (= C II 6253 13) Cordubae, in duobus lateribus *a* et *b*.

a /COMMVNIƧ *b* INVVꓢ

Descripsi a. 1881.

a *Communis*. *b* non intellego.

441 (= C II 6253 14) Cordubae, in museo; litteris paene evanidis.

a ☧ MƧ

b YOITAIƧ\

Descripsi a. 1881 ut potui; cf. n. 450 (= C II 6253 10).

444 (= C II 6253 4). Matriti in museo archaeologico; fortasse ex sylloge Francisci Caballero Infante.

ƧVAC////

Descripsi a. 1889.
Cf. C II 4967 37; sed tamen visa est diversa esse.

445 (= C II 6253 5) Matriti in Museo archaeologico, fortasse ex sylloge Francisci Caballero Infante.

ΛΛƎIƧ

Descripsi a. 1889.

446 (= C II 6253 6) Matriti, in museo archaeologico, ex sylloge Miró.

ᗡVΛI⅃////

Descripsi a. 1889.

447 (= C II 6253 7) Matriti, in museo archaeologico.

OIIΛVIЯO

Descripsi a. 1881.

448 (= C II 6253 8) Matriti, in museo archaeologico.

SOI⅃I

Descripsi annis 1881 et 1889. *Zoili?*

449 (= C II 6253 9) Matriti, in museo archaeologico.

a TER *b* ΛRV

Descripsi a. 1881 et 1889.

450 (C II = 6253 10) Matriti, in museo archaeologico, tegula ornata anaglyphis (n. 2390); non videtur provenisse ex sylloge Francisci Caballero Infante.

VΛO ⌣ ‹ AƧ
ω☧ΛOITNƎƧ
rosa

Descripsi a. 1886.
In mentem mihi venit: *Sal*[*vati*]*o*[*nem*]? | *sentio Chr*(*isti*)? Sed minimo spondeo talia re vera scripta fuisse in tegula.

451 Ursone, rep. in *El Rubio* vico a. 1894, lateres circiter triginta, longi m. 0.41, lati 0.34, cum ornamentis, inscripti

☧

Berlanga misit m. Ian. a. 1895.

452 Myrtili, tessera rotunda e terra cocta, diam. m. 0.029, crassa 0.009; servatur Olisipone in museo ethnographico.

☧

Descripsi ex imagine photographa a Veiga missa, qui ed. *Mertola* p. 89.

LVCERNAE.

453 *a* Gadibus *b* *Villafranca de los Barros*, lucernae.

Λ☧ω

a Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 161,150.
b ibid. p. 57.

APPENDIX
TITVLORVM RECENTIORVM

n. 210—215

216 Ad hunc titulum referenda sunt quae in Auctario p. 119 adnotata sunt ad n. 291; respiciunt enim versus 4 et 5 tituli eius, qui utrum ad Aloram pertineat an ad alium locum ignoro.

217. 218

219 (Additamenta Britannica p. 4*) Post Moralem ediderunt Nic. Antonio *bibliotheca* (ed. a. 1788) p. 468 et Florez *España sagrada* IX 17 p. 526.

V. 2 INAVLA compositum esse ut *inatrium, incurtis, indamnum,* quae a simplicibus significatione non differant, Iohannes Wordsworth adnotavit, quamquam exempla eius vocabuli quae proferret alia non habebat. Putat igitur fortasse poetam haec fere dicere: *cuius sacra membra in hac urna manent, inaula,* i. e. aula haec, *fota famine illius (h)esperio personat.* Dubito num recte.

220

221 Florez *España sagrada* XI p. 318; cf. G. Marini in Angeli Mai veter. scriptor. nova collect. V p. 207.

222 Iam est Malacae in museo Marchionis de Casa Loring. Metrum idem esse atque n. 132 observavit Emmanuel Gomez Moreno.

V. 6 IERA forma singularis fortasse por ÆRA posita.

223 Ut n. 222

224. 225

226 R. Dozy *Recherches sur l'histoire et la littérature de l'Espagne pendant le Moyen-Age* ed. III (Lugduni Bat. a. 1881) I p. 176 s., qui Moralem sequitur et exemplum a me propositum pessimum esse pronuntiavit; iniuria, nam Alfari, quod secutus sum, quamquam non omni ex parte fidum, tamen longe praestat Moralis, qui interpolavit.

227

228 Emmanuel Gomez Moreno legit in fine *m[a]net Vitalis*; sed reliqua sine explicatione relinquuntur.

229—239

240 Verba *ecce domus domini et portae caeli* Iacobi sunt (I Mos. 28,17); ut adnotavit Edmundus Le Blant *Journal des Savants* 1873 p. 324 comparans titulum editum *Inscript. chrét. de la Gaule* n. 177.

241—244

245 V. 8 Aeram correxit Florez exemplum sibi missum secutus *España sagrada* XVI² (1787) p. 133 sic *sub era novies centena decies quina terna et quaterna;* i. e. 900+50+3+4 = 957, p. C. 919. Fita *bol. de la Acad.* XXXI 1897 p. 168.

246

247 Vigil *Asturias* p. 16 ss. tab. VII—ᴬIX; *Monumentos arquitectónicos de España* (n. 247—259) fasc. 22.

248 Fortunato de Selgas *la primitiva basilica de Sᵃ Mᵃ del Rey Casto de Oviedo y su real panteón* in *bol. de la Acad.* XVI 1890 p. 306.

249

250 Selgas l. s. s. (ad n. 248) p. 310.

251 Selgas l. s. s. (ad n. 248) p. 304.

252 Iosephus Villaamil y Castro *Museo español de antigüedades* VI 1875 p. 587; Ios. Amador de los Rios *Monumentos arquitectonicos de España* fasc. 22 in dissertatione de ecclesia Regis Casti; Fita *bol. de la Acad.* XXIII 1898 p. 222.

253

254 Selgas l. s. s. (ad n. 248) p. 308. Numeri adscripti emendandi in 'aera 964 p. C. 926'.

255 Vigil *Asturias* p. 14 tab. ᴬIV—ᴬVI.

256. 257


258 V. 1 redit in titulo n. 239

259. 260

261 Vigil *Asturias* p. 595 tab. U b V 10 *Monumentos arquitectónicos de España* fasc. 45.
262 infra n. 485
264 V. 2 ALDAD scriptum esse pro *aldat* recte observavit Emmanuel Gomez Moreno Granatensis.
265
266 Vigil *Asturias* p. 603 tab. U b XI 23
267—271
272 Vigil *Asturias* p. 601 tab. U b IX 18
273—275
276 Vigil *Asturias* p. 43 tab. A XL. V. 1 HOC AB HIC NOSEA. 8 MIGAELI. 10 ELDONCIA IN VESTRAS ORATIONES.
277—280
281 Ectypum Granatae in museo esse mihi scripsit Emmanuel Gomez Moreno Martinez, qui v. 2 DASTLAE $\overline{\text{EPCI}}$ et v. 4 VNIETXX legit.
285 Aera DCCCCXXXVIII mutanda in DCCCCXXXXVIII et annus domini DCCCXC in DCCCCX —scribebatur in lapide fortasse $\frac{X}{C}$—; nam Karolus regnavit ab a. 898 ad 922.
286 E codice Escorialensi L I 15 fol. chart. s. XVII descripsit Paulus Ewald *Neues Archiv für ältere deutsche Geschichte* VI 1880 p. 584, qui v. 5 legit ANI XIIII $\overline{\text{REG}}$ KARVLO cet.
287—289
290 v. infra n. 457
291 v. infra n. 456
292 v. infra n. 454

---

452 *La Puebla del Prior*, lapis altus m. 0.40, longus 0.75, litteris altis m. 0.09, quae videntur saec. XII vel XIII esse.



Descripsi ex ectypo, quod misit Marchio de Monsalud quodque supra repraesentatum est.

Initium epitaphii, quod exemplum antiquius videtur imitari. Supplementa incerta sunt; cogitavi de


morte opus hocce s[ilet auctoris triste relictum,
splendida nunc [tibi lux sanctorum laude paratur


vel similibus — *tibi lux panditur ecce simul, panditur attonito, aeternaque vita paratur, aeterna in aede paratur, iam lux panditur ecce tibi* —, quae multifariam variari possunt.

Recipi propter carmen fortasse vetustum.

453 Iliberri, rep. a. 1871 *en el Albaicin, calle del Agua*; iam est in museo Granatensi. Basis alta m. 0.60, lata 0.35, crassa 0.18. Calce, qua tecta erat, sublata apparuit titulus, sed litteris ex parte consulto erasis tempore novicio, altis m. 0.04, saeculi ut videntur VIII.

a *b*





Descripsi ex ectypo imperfecto *a* et delineatione *b* accuratissima Emmanuelis Gomez Moreno, cui contigit legere initium post multa conamina ex parte mecum instituta a. 1886; vv. 5 et 6 legi ego in ectypo. Lectionem meam lapide denuo inspecto plene confirmavit amicus:

† *hic req[uiev]it Anni qui visquit annos sex quinque menses in pace*

V. 2 in. excidit; qualis requiescendi forma barbara vel rustica adhibita sit non liquet. — *Anni* potest genetivus esse positus rustice, quasi diceretur ʻmonumentum Anniiʼ.


3 *visquit* pro *vixit* forma rara; ₜ infra versum in fine addita est. ꙅ inverse posita est ubique.

4 н et ᴎ pro *n* formae iuxta adhibitae, ut ꟼ et ɋ pro *q*.

5 *quinque* vocabulum initium huius versus et sequentis occupat.

6 *in pace* formula loco non suo posita; nam sequi debebat *requievit* verbum. Sed non raro in fine titulorum collocatur *in pace*.

454 (= 292) In *Trevelez* vico in montibus *Alpujarra* sito vidit Gongora; num adhuc ibi extet ignoro. Ectypum gypseum ex sylloge Gongorae est in museo Granatensi. Tabula lapidea alta m. 0.27, lata 0.43, litteris altis m. 0.03.



p. C. 852—886

Ectypum pictum accepi a Berlanga; contulit mea causa Emmanuel Gomez Moreno, qui lectionem praeivit; Aurelianus Guerra *Revista de bellas artes* a. 1867 p. 131. Legendum

. . . . . *reg|nante Mammet re|gem Sarracenoru|(m) Floresindus d(ia)c(o)nus | fecit hanc | scribta(m)*

V. 2. 3 Gomez Moreno primus legit. V. 4 extr. quem ad modum legendus incertum, an *dignus*? V. 6 *scribta* potest significare *scripturam;* nam non est *cribta* pro crypta.

Mammet sive Mahomet regem Cordubae regnasse annis supra scriptis observavit Gomez Moreno, nam Guerra nomen non agnoverat. *Regem* accusativus pro ablativo positus est, ut saepe.

---

455 = (Addit. Brit. 4) In territorio Lucenensi (*Lucena*) iuxta fines territorii *de Puente Jenil*, in praedio dicto *del Choto*, quod ad illud territorium pertinet, in situ dicto *Molino de Castel Anzul*, rep. est a. 1874 tabula marmorea alta m. 0.59, lata 0.32, crassa 0.10; litterae altae sunt m. 0.04. Servabat Cordubae Romero.

† HOC NEPOS LOCO TENETVR MAXIMI VIRI
ATANA QVEM PRISCA VOCABANT SAECVLA ILDVM
SINDE PATRE GENITVS MIRO IN BEATIA RVRE
IOHANNES EXIMIVS EX FONTE VOCATVS
SAPIENS BENIGNVS QVIN ETIAM ORE MODESTVS
FLORENS ECLESIA DECENTER MENTE QVIETA
CATHOLICVS STRENVVS PRECLARVS MENTE QVI FVIT
ALVMNVS ORTODOXVS LEGITIME ABTVS
ETHEREIS IVNGATVR SORTE BEATA LOCATVS
CVM XPISTO REGNET PIVM QVEM COLVIT DM
EXPLEBIT CVRSVM OCTABO IDVS AGVSTAS — d. VI m. Aug.
SEXDENM ET SEPTEM ETATIS VITE PERAGENS — aera 963
NVNGENTESIMA SEX DECIES VEL TRIA SVB ERA — p. C. 925

Hoc nepos loco tenetur maximi viri
Atana quem prisca vocabant saecula [g]ildum,
Sinde patre genitus miro in Beatia rure,
Iohannes Eximius ex fonte vocatus,
Sapiens, benignus, quin etiam ore modestus,
Florens ec[c]lesia decenter, mente quieta,
Catholicus strenuus, preclarus mente qui fuit
Alumnus ort[h]odoxus legitime abtus.
Ethereis iungatur sorte beata locatus,
Cum Christo regnet, pium quem coluit d(ominu)m.
Explebit cursum octabo idus Agustas,
Sexdenum et septem etatis vite peragens,
Nungentesima sex decies vel tria sub era

Aurelianus Guerra *Antigüedades del Cerro de los Santos* (Matriti 1875) p. 152 ex ectypo misso ab Antonio Aguilar y Cano, itemque *bol. de la Acad.* XI 1887 p. 175 ex ectypo misso a Victoriano Rivera Romero Cordubensi. Ego ectypum illud nancisci non potui.

Iohannes hic Eximius Sindemiri filius nomine patrio Atanagildus dictus et Beatia, i. e. Vivatia (v. CIL II p. 449), oriundus aliunde satis notus est; vixisse fertur ab a. p. C. 859 ad annum supra scriptum.

V. 1 HOC NEPOS HOC Guerra priore loco; errore puto.

2 fuitne GILDVM? cf. n. 460.

8 fuitne ORTHODOXVS? cf. 9 ETHEREIS. Fortasse in fine legendum ALTVS pro ABTVS. An fuit *abbas*?

10 DM̄ solve *dominum*; Guerra *deum* proposuit.

456 (= 291) Iliberri; ad fragmentum iam notum, quod servatur in museo Granatensi, accessit circiter anno 1885 aliud, quod vidi Granatae a. 1886 apud Ioh. Torres Asensio canonicum. Ambo iuncta tabulam marmoream efficiunt quadratam, longam et altam m. circiter 0.50. Litterae eleganter incisae altae sunt m. 0.04.



Descripsi et ectypa sumpsi, quorum alterum partis maioris cum in charta minus bona faciendum esset, formas litterarum minus claras exhibet quam alteram minoris; sed sunt omnino aequabiles. Fragmentum hoc minus quantum scio ineditum mansit, sed textum transcripsit Emmanuel Gomez Moreno *guia de Granáda* (Granatae a. 1892) p. 194.

[C ubat nunc camp]is — Ciprianus in celestibus almis.
I s nobilis mundoque purus — et natus Elianis,
P acificus dulcis —, genitus parentibus altis.
R ore celi tinctus —, Xp(ist)i laticibus amnis.
I ovis enimque die — hic sivit corpora arvis,
A ter quinque Iani — diebus quoque mense dic[tis]
N am quadrageni in milleni—tempor[is era]
I s mundi vixit ter denis — bis quater annis

d. XV m. Ian.
aera 1040
p. C. 1002

V. 1 a *C* necessario incipit, cum carmen acrostichon sit *Cipriani*. Quae posui supplementa incerta sunt.

2 Inter *nobilis* et *mundo* spatium non est. *Ellanis* Gomez Moreno; sed *Elianis* certum est. *Eliana* Cipriani patria fundi vicive fortasse nomen aliunde notum non est. Castra Aelia ad Hiberum sita temporibus belli Sertoriani (Liv. fragm. l. XCI) certo diversa sunt; praedia Aeliana ubique extare potuerunt. *Aelianum* est inter nomina vinorum, quae ex amphoris in monte testaceo Romae repertis innotuerunt; cf. *boletin de la Academia* XXXVII 1899 p. 489.


5 SIVIT quamquam in commissura partium tabulae duarum in medio fractum est, tamen certum videtur.

6. 7 Aerae indicatio, ut solet in eius modi titulis Hispanis, consulto subobscure profertur velut aenigma solvendum a legentibus. Inter *quoque* et *mense* nihil deesse spatium liturae demonstrat; post *die* paucarum litterarum spatium est. Supplevit Gomez Moreno. Supplementa versus 7 incerta sunt; cogitavi de *quadrageni in milleni tempor*[*is aevo requievit*], pro in aera temporis annorum mille et quadraginta.


8 Versus plenus est indicatque Ciprianum annos vixisse undequadraginta.

457 (= 290) *Las Mesas de Villaverde* prope Malacam, fragmenta tabulae marmoreae duo eiusdem, ut videntur; extant in museo Granatensi, *a* altum m. 0.12, latum 0.08, *b* altum m. 0.20, latum 0.21; litterae similes tituli n. 456, altae sunt m. 0.02, saeculi X vel XI.

a



b




Descripsi a. 1889 et ectypa sumpsi; Simonet *la Ilustración española y americana* d. 5 m. Dec. a. 1870 (No. 28); Emmanuel Gomez Moreno filius edidit in libro patris (v. n. 418) p. 194 recteque legit ita:

a	*b*
. . . .	. . . . . *cedens*
. . . .	*annis terre quinque*
. . . . . . *ius?*	*egenis cunctis*
. . . . *in cunctis*	*pauperibus alens*
. . . . *ibus vixit*	*atque gubernans*

a V. 3 . . . *ius* Gomez Moreno. Ceterum utrum ex fragmentis praecesserit non definio.

458 *Rep. en Fuentes bajas del arroyo de Andaluzna*, chiliom. duobus a *Padul*; iam est in museo Granatensi, tabula lapidea alta m. 0.35, lata 0.30, litteris malis, altis m. 0.03.




Descripsi ex ectypo, quod misit Emmanuel Gomez Moreno filius, qui ed. in libro patris (supra p. 58 ad n. 115) p. 195. Lineae omnes ectypi atramento vel graphio pictae sunt, unde imago non prorsus fida evasit.


+ [illegible] dei F[illegible] [illegible] (? [illegible]orie ?)
era tres m . . . VIIII LIIII

Diei aeraeque notas non satis intellego. Gomez legerat *dive m(em)orie, era* [illegible] *LXXXVIIII . . . . . M*[illegible]

aera 1089?
p. C. 1051

459 Quo loco fuerit ignoratur; ectypum gypseum altum m. 0.48, latum 0.30, est in museo Granatensi ex sylloge Gongorae, item Matriti in museo archaeologico et academiae historicae. Litterae altae sunt m. 0.35.





aera?

Descripsi ex ectypo, quod misit Emmanuel Gomez Moreno; idem delineavit mihi accuratissime ad exempla tria et plenius quam in ectypo; iuxta ectypi imaginem delineationem eius supra exhibui.

Obiit d(e)i fa⟨o⟩mulus D(omi)nicus dive m(em)orie et beate requie(vit) subsenie(n)te etate depos(itus) ter qu(i)ntibus [k]alend(is) Febru[ariis?] . . . . .


V. 1 o parva post A inserta casu orta videtur. V. 4 *subseniente* pro *subsenente* vel *subsenescente* non offendit. Vv. 6 et ultimus dimidiatus obscuri manent; *en* (?) [*era* . . .] suspicatus est Gomez Moreno.

460 Sine loco; "Eiusdem (Samsonis abbatis [n. 219]) epitaphium super tumulum Atanagildi abbatis" **Cod.** Cordubae videtur collocanda esse.

Occulit abbatis magni hęc urna fabilas
quem Atana prisca vocitabant secula gildum
hunc lector rogito domino comenda rogando
ablatus est subito aera 969
scripta in marmore era DCCCCLXIX p. C. 931

E codice Azagrae f. 139 ed. Paulus Ewald *Neues Archiv für ältere deutsche Geschichtsforschung* VI 1880 p. 534. Diversum esse Atanagildum abbatem ab Iohanne Eximio Sindemiri filio quondam Atana[g]ildo tituli n. 455 praeter alia docent tempora diversa.

461



Cordubae, in museo provinciali, fragmentum tabulae marmoreae altum m. 0.40, latum 0.22, litteris altis m. 0.04. saeculi VIII vel IX.

Descripsi ex ectypo quod sumpsi a. 1881.

[In] hoc tumulo re[quiesc]it Eresvide (?) in[dignus?] presbiter, cuius vita [h]onestissime fuit in (?) liminibus cotidie. Recessit quiescit[que] die XVIII Iulies (?) era TXVIIII

V. 5 limina videntur intellegenda ecclesiae. *Cotidie* satis clare legitur.

d. XVIII m. Iul.
aera 1019
p. C. 981


462 Cordubae, in domo aliqua in *[illegible]*.

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
'S·IVLITIS

Aurelianus Guerra dedit a se depictam ex ectypo malo; melius exemplum [illegible] potui quamquam saepe ab amicis flagitavi.

In n(omine) D(omi)ni Iesu Christi ...... Reliqua non intellego.

463 Cordubae, in museo provinciali; nescio unde eo delata. Fragmentum tabellae marmoreae, altum m. 0.13, longum 0.30, litteris altis m. 0.03, saeculi ut videntur noni.



Descripsi ex ectypo, quod sumpsi a. 1881.

Carmen est, cuius versus in sonum aequalem desinunt:

Martinus hu[c] lapid[e] tectus,
Xr(isti)colus et crismate unctus,
. . . . *usque rectus,*
. . . .

464 (= Additam. Brit. 5) Prope Cordubam repertus est a. 1870 *en el haza de los Aguijones* prope stationem viae ferreae; servabatur Cordubae apud Ludovicum Ramirez y de las Casas Deza, postea Hispali apud Franciscum Matthaeum Gago. Tabula marmorea alta m. 0.285, lata 0.19; litteris altis m. 0.03.

HIC REQVIESCVNT
MEMBRA SALVATI
CRISMATIS VNCTA
RITE SEPVLTA
5 ERA MILLENA XX
LXXV EVOS Q̄ VIXIT

aera 1020
p. C. 982

Descriptam accurate accepi a Ioh. Ficker; Fita *Museo Español de antigüedades* IV 1875 p. 637. T hanc habet formam ꝗ.

V. 5 *evos*, i. e. aeva positum pro annis vitae observavit Fita.

Hic requiescunt membra Salvati, crismatis uncta, rite sepulta; era millena XX (vigesima), LXXV evos q(u)i vixit

465 *Santiago de Compostella*, crux lignea lamminis aureis tecta, alta m. 0.45, servata in ecclesia cathedrali; in marginibus eius titulus inscriptus est, cuius litterae aliquot vetustate corrosae perierunt. Ordo inscriptionis certus collocatione non indicatur, visus autem est hic esse, collato titulo simili crucis Ovetensis n. 252, quocum hic paene ad litteram convenit.

† OB HONOREM SCI IACOBI APTLI	OFFERVNT FAMVLI DEI	
ADEFONSVS PRINCEPS CVM CONIVGE	SCEMENA REGINA	
HOC SIGNO TVETVR PIVS	HOC SIGNO VINCITVR INIMICVS	
HOC OPVS PERFECTVM EST	IN ERA DCCCCA DVODECIMA	aera 912 p. C. 874

Morales *viaje* p. 125; Maurus Castella Ferrer *historia del Apostol Santiago* (1610) f. 441 ss.; Iosephus Villaamil y Castro *el tesoro sagrado de la Catedral de Santiago* in *Museo Español de antigüedades* V 1875 p. 305 ss. et p. 323 cum tabula, in qua imago crucis est admodum parva nec satis accurate facta. Cf. n. 252.

466 *Zamora*, in ecclesia parochiali S. Petri, in capitibus columnarum navis sculpta sunt anaglypha, quae res veteris testamenti repraesentant; supra inscripta sunt in tribus columnarum lateribus verba haec:

a in fronte media

VBEM ABRAAM OBTVLIT · ISAC FILIVM SVVM · OLOCAVSTVM DOMINI

in lateribus

† SCS PAVLVS APOSTOLVS　　SCS PETRVS APOSTOLVS

b in fronte media

† VBI DANIEL MISSVS EST IN LACVM LEONVM


in lateribus

† SCS TOMAS APOSTOLVS　　† SCS FILIPPVS APOSTOLVS

Monumentos arquitectónicos de España fasc. 43 imagines exhibentur, textus videtur deesse. Opus ecclesiae adscribitur saec. IX vel X; eiusdem aetatis sunt inscriptiones.

a ubem pro *ubi* in lapide est.

467 In monasterio Sancti Romani *de Hornija* (v. supra n. 140), lapis altus circiter m. 0.30, latus 0.50; literarum mensurae non indicantur. Videntur esse saec. X vel XI.




Monumentos arquitectónicos de España fasc. 30 et 52, ubi exhibetur imago, quam supra repetivi, textus vero videtur adhuc deesse.

Quae intellego pauca haec sunt:

hic (?) *loco requiescit f(a)mul(us* sive *a) dei* | *Or[a]ca? Cas[ta?) spo[ns]a? ama[t]a? equit(is)? . . . . No(v)e(m)br(es) p . . . .* | *anima èius* cet.

Reliqua non intellego.

468 In monasterio S. Romani *de Hornija*, lapis postea excavatus alium in usum, altus et latus m. 0.885; litterarum saeculi ut videntur X vel XI mensuras ignoro.



Monumentos arquitectónicos de España fasc. 30 et 52, ubi imago haec exhibetur, textus autem deest.

Initio videntur fuisse talia: *in hoc loco sunt reliquiae* cet., in fine *et aliorum . . . . sanctorum.* Sed litterarum reliquiae, si modo recte lectae sunt, neque hunc neque alium sensum commodum praebent.

469 *San Miguel de Escalada, provincia de León,* tabula marmorea reperta in via Romana Asturica Camalam inter *Porma* et *Esla* fluvios, prope collem dictum *el cerro de Lancia;* extat extra ecclesiam supra portam aliquam. Mensurae non indicantur.

hic locus antiquitus Michaelis archangeli honore dicatus,
brevi opere instructus, post ruinis abolitus, diu mansit
dirutus donec Adefonsus abba cum sociis adveniens a
Corduvensi patria edis ruinam erexit sub valente
sereno Adefonso principe. monachorum numero crescente
demum hoc templum decorum miro opere e fundamine ex-
undique amplificatum erigitur. Non iussus imperiali
vel oppressione vulgi sed abbatis Adefonsi et fratrum
instante vigilantia duodenis mensibus peracta sunt
hec opera, Garsea sceptra regni peragens Mumadonna — d. XX m. Aug.
cum regina, era DCCCCLI, sacratumque hoc templum — aera 951
ab episcopum Iennadium XII kal. decembrium — p. Chr. 913

Risco *España sagrada* XXXV (1786) p. 310 (inde Quadrado *Asturias y León, España, sus monumentos* cet. Barcinone 1885) p. 350; Fita *bol. de la Acad.* XXXI 1897 p. 467 cum docto commentario). Nec textum maiusculis litteris scriptum nec ectypum adhuc obtinui.

Non recepi in volumen anterius quia novicia esse credebatur; quod secus est. Versuum divisio non videtur servata esse.

Prior tituli pars satis accurate concepta et scripta est. V. 4 *Corduvensi* et *edis* ut v. 10 *hec*, v. 6 *fundamine* non offendunt. V. 7 *iussus* pro iussu, v. 10 *Garsea—peragens*, v. 12 *ab episcopum Iennadium*, pro *Gennadio*, v. 12 *kal(endas) Decembrium* magis barbara sunt.

Cf. n. 245.

470 *San Miguel de Escalada*: mensurae non indicantur.

in honorem sancti Michaelis archangeli
era LXXVIII super millesima regnante — aera 1078
principe serenissimo domino nostro — p. Chr. 1040
Ferdinandus rex et Santia regina
sub virtus Christi Cyprianus dei gratia
episcopus in sancta Maria sub misericordia
et gratia domini Sabaricus abba
cum omnibus fratribus et sociis suis
cum timorem domini in ecclesia sectantes

Risco *España sagrada* XXXV (1786) p. 311.

Textus litteris maiusculis scriptus et ectypum aeque desiderantur ut n. 469. Cui adieci propter locum quo extabat quamvis aetatis recentioris.

Versuum divisio observata non est; num singula recte descripta sint valde dubito.

Rex Ferdinandus I (exspectamus Fredenandus, ut in n. 473. 474), regina Sancia, Cyprianus episcopus Legionensis, Sabaricus abbas aliunde dicuntur noti esse.

471 *San Miguel de Escalada*, altare vetustum aediculae centralis opertum opere ex ligno novicio; mensurae non indicantur. Litterae similes sunt tituli n. 252.

† HIC SVNT RELIQVIÆ
RECONDITE ID St D
CRVORE DNI · Ð LIGNO
DOMINI Ð SEP/LCRO DNI
SCE MARIE · SCOR · PETR
I ET PAVLI · SCI ANDRE APSTLI
SCI TOME APSTLI · SCI ADR
IANI SCI · IVLIANI SCOR
CoSME E DAMIANI
† SCI IACOBI APSTLI
FRATR SCI IOANNIS

hic sunt reliquiae | recondite, id s(un)t d(e) | cruore d(omi)ni, dė ligno | domini, de sepulcro d(omi)ni, | s(an)c(t)e Marie, s(an)c(t)or(um) Petri et Pauli, s(an)c(t)i Andree, ap(o)st(o)li, | s(an)c(t)i Tome ap(o)st(o)li, s(an)c(t)i Adriani, s(an)c(t)i Iuliani, s(an)c(t)or(um) | Cosme et Damiani, | s(an)c(t)i Iacobi ap(o)st(o)li fratris s(an)c(t)i Ioannis

Monumentos arquitectonicos de España fascic. 55; Fita *bol. de la Acad.* XXXIII 1898 p. 221 ex exemplo misso a domina Dolores Gortázar Serantes Legionensi.

Cf. n. 152. Sanctorum nomina omnia nota sunt. Ara dedicata est a. 1066, ut docet inscriptio quae sequitur.

472 *San Miguel de Escalada* in margine superiore arae n. 471 a quattuor lateribus extat inscriptio, litteris admodum gracilibus, paene scariphatis, sculpta. Mensurae non indicantur.

a † SVB XPI
b NME PTVS ET EPS DE SCE MARIE FECI — d. XV m. Iunii
c RESTAVRATIONE IN SCI MIEAELI DIE V F XVII — p. C. 1028
KLDS VLI ERA MLA LXXVI REX — era 1066
d ADEFONSO SVERO ALVARIE ABAS

Monumentos arquitectónicos de España fascic. 55 sine textu; Fita *bol. de la Acad.* XXXIII 1898 p. 223 secundum exemplum Raimundi Alvarez de la Braña.

sub Ch(rist)i no(m)in(e) Petrus Et.... episcopus de Sancte Marie fecit restauratione(m) in s(an)c(t)i Micaeli(s) die V (feria) XVII kalendas Ianuarias in era mil(l)esima LXXVI, regnante Adefonso, Sancio Alvariz ab(ba)s

b PTVS imago monumentorum. PETRVS Fita, qui pro ET putat in lapide esse aut SE gratia dei aut pro ETEPS scriptum fuisse EPCPS. Fuitne *p(raeposi)tus?*

d pro ALVARIE, quod ante Braña legerat ALVARIS, idem putat legendum ALVARIZ.

e RESTAVRACIONE Fita; sed T videtur apparere in imagine monumentorum, atque C pro T tum vix scribebatur in eius modi vocabulis. CXXVI Fita; sequor imaginem monumentorum.

---

473 *San Miguel de Escalada,*

a) in cruce ex ebore facta, quae crucifixum exhibet, operis admirabilis, insculptum est litteris prominentibus

supra: IHS NAZA RENVS REX IVDEORV   *infra:* FREDINANDVS REX SANCIA REGINA

b) in calice ex lapide achate artificiose caelato

† IN NOMINE DNI VRRACA FREDINADI †

Monumentos arquitectónicos de España fasc. 15 cum imaginibus elegantissimis; textus vero videtur deesse. Cf. n. 470. 474.

---

474 Legione, olim in ecclesia S. Iohannis Baptistae, *en un pilar de dos arquitos que sirven de luzes, que entran del claustro á la capilla* (Sandoval); iam in museo S. Marci, tabula marmorea longa m. 0.82, alta m. 0.35, litteris altis m. 0.035, elegentissime incisis supra lineas.



Descripsi ex ectypo, quod sumpsi a. 1881. Prudentius de Sandoval *historia de los Reyes de Castilla y Leon* (Pompaelone 1634) f. 16 et post eum cum alii tum Florez *reinas católicas* I² (Matriti 1790) p. 142 ss.

In volumine priore omisi monumentum insigne, quia annum millesimum, terminum huic syllogae positum, paullo excedit. Nunc cum aliis eiusdem aetatis addidi, cum etiam artis palaeographicae specimen optimum praebeat; rectissime enim Sandoval *la qual piedra,* ait, *es de las mejores y mas bien escritas que he visto, y en ella no puede aver duda, porque se escrivió en aquel tiempo, come lo muestra la letra, que es gótica, lindissima, y está sana sin faltarle una tilde, y dize assi con su mal Latin.* Tamen neque Sandoval neque qui eum secuti sunt textum omni ex parte accurate transscripserunt.

hanc quam cernis aulam sancti Iohannis B(a)b(tistae) olim fuit luteam, quam
nuper excellentissimus Fredenandus rex et Sancia regina œdifi-
caverunt lapideam; tunc ab urbe Hispali adduxerunt ibi corpus s(an)c(t)i Isidori aep(iscop)i
in dedicatione templi huius diem XIIo k(a)l(endas) Ian(uarias) era MCI; deinde in — d. XXI m. Dec. aera MCI p. C. 1063
era MCIII VIo id(us)
Mai adduxerunt ibi de urbe Avila corpus s(an)c(ti) Vincenti fr(atris) Savine Chr(is)tetisque — d. X m. Maii aera MCIII p. C. 1065
ipsius anno prefatus rex revertens de ostes ab urbe Valentia hinc ibi
die Sabbet obiit die III f(eria) VI k(a)l(endas) Ian(uarias) era MCIII. Sancia regina — d. XXVI m. Dec. aera MCIII p. C. 1065
deo dicata peregit

Aetatis eius indicia sunt pauca v. 1 *Babtistae, luteam* pro *lutea* (nam A litterae superposita est lineola *m* significans), v. 2 ϵ pro *ae*; v. 3 et 5 *ibi* pro *eo, aepiscopi,* v. 4 *diem duodecimo* pro *die,* v. 5 *Savine* pro *Sabinae,* v. 6 *ipsius anno* pro *eo ipso anno, prefatus, de ostes* pro *de hostibus, hinc ibi,* v. 6 *Sabbet.*

Observa praeterea siglas numerorum miliarii et centenarii et tertiam feriam indicatam.

Observabunt qui artis tectonicae historiam colunt aedem S. Iohannis Baptistae olim luteam fuisse, i. e. ex opere puto caementicio. De sanctorum translationibus viderint historiae ecclesiasticae Hispanae periti; de reliquis testimoniis historiographi iam quaesiverunt.

Monumentum hoc insigne ab hac sylloge abesse nolui.

475 Legione, in museo S. Marci; basis lapidea, cuius mensuras non enotavi.


ERA ML T XXX VI — aera 1036
FVIT SACRATA — p. C. 998
BASELECA SCI
XPOFORI
AB EPSCPO PE
D SCA MARIA
LIOHESE

Descripsi a. 1881, accepi etiam descriptam a. 1897 accurate ab E. S. Dodgson amico.

Legi: *era mil(esima) TXXXVI* | *fuit sacrata* | *baseleca s(an)c(t)i* | *Chr(is)tofori* . . | *ab ep(i)sc(o)po Pe[tro?]* | *d(ie) s(an)c(te) Maria(e)* | *Lionese.*

V. 1 T (pro M *mille*) videtur errore repetita esse post *mill(esima).* Dodgson legit MYC̄XXXI, *m(ilesima) y (= et) c(entesima) XXXI,* ut fuerit aerae 1131, p. C. 1093; fortasse recte.

476 Legione, in museo S. Marci, tabula marmorea alta m. 0.38, lata 0.36, litteris fugientibus et incuriose incisis, altis circiter m. 0.015.



IИOMИEDИEGOCIPFI/N
ИVS ABAS SACRAVI CIS
ꟼAhCE ICA/// TT
SCIBAL
CIVC IC
VAI IN M
ICIDEM NI

Descripsi a. 1881 ut potui et ectypum sumpsi, in quo haec tantum legi:

in [n]omine [illegible] *Cyprianus* [illegible] . . . . .

Cf. n. 456.

477 Legione, in museo S. Marci, ex moenibus urbis, iuxta S. Annae; basis non magna.



Descripsi a. 1881.

Fortasse aetatis mediae; *Soto Muc(iano)?*

478 *Proaño* prope *Reinosa,* lapides tres rudes e silice; servantur in museo academiae historicae Matritensis.


††MA \ ✠

ᛁRI

PELAIO)

Descripsi *a c d*; *b* non vidi. Angelus de los Rios y Rios *bol. de la Acad.* I 1877—1879 p. 9.

479 *La Braña, concejo de el Franco,* in domo parochi, dein in oppido *Luarca,* in domo Menendez, in lapide scissili, cuius mensurae non indicantur.



Marcellinus Fernandez misit photographiam, unde edidi *bol. de la Acad.* XXX 1897 p. 245 cf. 241.

† *Obit Ia[cobus?)] Micael cl(ericu)s III n(onas?) . . . . era . . . III*

Fernandez adnotat p. 246 titulum hunc sibi visum esse simillimum eius, quem olim extitisse in rupe dicta *la peña de la Nubia* (*parroquia de Barros*) testarentur schedae canonici Marina servatae apud academiam historicam Matritensem. Scilicet numeros continebat hos iII IX V VI VII IX. Qui numeri num antiquitus omnino et quando inscripti sint ignoro.

Asturiam, unde regnum Hispaniae christianum resurrexit, titulis aetatis inde fere a saec. IX abundare, e Cyriaci Michaelis Vigil opere potissimum didicimus; nam ante eum pauci tantum noti erant. Cum laborem non exiguum titulos illos per montes et valles dispersos denuo indagandi nemo post eum facile suscipiet, standum est in exemplis ab eo accuratissime factis, quamquam non tam perite, ut ab erroribus omnibus libera sint.

---

480 Oveti, epitaphium regis casti, quod probabile est olim inscriptum fuisse in sepulcro eius.


qui cuncta in pace egit, in pace quievit,
bissena quibus haec altaria sancta fundataque vigent.
hic tumulatus iacet

Fortunato de Selgas "*la primitiva basilica de Santa Maria del Rey Casto de Oviedo y su real Pantéon*" *bol. de la Acad.* XVI 1890 p. 291—312.

Selgas p. 302 adnotat Iohannem Antonium Pellicer v. d. — eum enim puto in animo habet — verba, quibus chronicon Albeldense historiam regis casti terminet, desumpta putare ex inscriptione, quam in operculo sepulcri eius insculptam fuisse credit, quamque ita ut supra dedi edidit. Quodsi ita est, fides tituli non magni habenda.

---

481 Oveti, in ecclesia parochiali Sancti Thyrsi a. 1878, dum opus restauratur, fragmenta titulorum duorum reperta sunt, alterum altum m. 0.23, longum 0.40, *debajo del enlucido de la segunda pilastra del lado de la epistola, cerca del zocalo* adversus navem ecclesiae, alterum altum m. 0.14, longum 0.58, *en la parte elevada y proxima al arranque del arco del ultimo machon de la pared trasera del templo,* a latere epistulae. Scripturae genus visum est saeculi XI esse Michaeli Cyriaco Vigil.






Vigil *Asturias* p. 126 tab. *C* IV 11. 12 qui titulos pertinere putat si non ad dedicationem ipsam ecclesiae conditae saec. X, certo ad instaurationem factam fortasse saec. XI.

beatissime Tirse, [*ora pro me,*] *ut sint mici a* [*domino*] *dimissa omnia p*[*eccata*] *per ipsu(m) qui te elegit sibi* . . . .

Quisquis hic in hanc basilicam pro sua delicta [*penitentiam faciet* cet.].

482 Oveti, servatur in museo provinciali, lapis calcarius in T litterae sive crucis formam praecisus, altus m. 0.480, latus 0.285, crassus 0.250, litteris quae saec. X visae sunt editori.




Vigil *Asturias* p. 199 tab. K XXI 50 ex imagine photographo.

Vigila in domino | Iesu? Xristo Maria Virgine ?
kastissima Scemena


Cf. n. 249 Scemena Adefonsi principis uxor. Lectio non prorsus certa

483 Oveti, in ecclesia vicina Sanctae Mariae de *Naranco*, in lapide magno calcario super altare maius, qui longus est m. 1.05, altus 0.19.



aera 886 p. C. 848






Risco *España sagrada* XXXVII (1789) p. 196; J. Amador de los Rios *Palacio de Ramiro I, actualmente iglesia parroquial de Sa Ma de Naranco* cet. p. 33 in *Monumentos arquitectónicos de España* fasc. 44 p. 17—33; Ioh. Fac. Riaño *iglesias de San Miguel de Lino y de Santa Maria de Naranco bol. de la Acad.* VI 1885 p. 27—33; Vigil *Asturias* p. 218 tab. LII (eius imagines supra repetivi, alteram qualis lapis olim extabat, alteram restaurati); Firminus Canella Secades *la inscripcion del ara de Sa Ma de Naranco y la monografia de esta antigua iglesia por el Sr. Amador de los Rios* (cum tabula) *bol. de la Acad.* V 1884 p. 67—97. Ectypum ab eo sumptum servat Academia Matritensis.

1 † *Chr(ist)e filius d(e)i, q[ui in uterum virginalem beata]e Mariae ingressus es sine hu-*
2 *mana conceptione et egressus sine corruptione, qui per famulum*
3 *tuu(m) Ranimiru(m) principe(m) glo(rio)su(m) cu(m) Pat[er]na re[gin]a coniuge renovasti [hoc]*
habitaculu(m) nimia vetustate consu(m)ptu(m) e[t pro e]is aedificasti hanc haram be[nedic-]
tionis glo(rio)sae s(an)c(ta)e Mariae in locu(m) hunc s(anct)um, ex[audi] eos de caelorum
habitaculo tuo et dimi[tte peccata
4 *[e]oru(m), qui vivis et regnas per infinita s(e)cula s(e)culor(um). Amen*
[di]e VIIIIo kal(en)d(a)s Iulias era DCCCLXXXVI : a

Probabile est aram eodem anno dicatam esse quo aedificata est aedicula *de Naranco*. Supplementa praeiverunt editores Hispani.

Quod *haram* scriptum est pro *aram* non magis offendit quam quod dicitur *aedificare aram*; saepe enim hoc verbum illa aetate usurpatum est significatione exstruendi. Quod adnoto, quia in utroque offendit Riaño amicus optimus.

484 Oveti. rep. a. 1898 in effossionibus institutis a viris doctis, quibus cura monumentorum provinciae eius conservandorum commissa est, in aedicula vetusta Sanctae Leocadiae, ubi lapis in tres partes fractus, altus m. 0,48, longus 1.48 pro altari erat. Litterae altae sunt m. 0.10, optimae et profunde incisae, saeculi puto VIII vel IX.



† PRINCIPVM *eg* REGIVS HANC AVLAM VV *[l fila fecit*
HEC ORE HOC MAG*no* EXIMIA MACINA *[pollet*
VNDIVAGVMQV/E MARiS PELAGVM HABITA *[re suetos*
HAVLA TENET HOMINES INMENSO *[aequore vectos*

Descripsi ex imagine photographa et ectypo a Rafaele Altamira missis; unde supra repraesentata est. Edidi *bulletin hispanique* I 1899 n. 4.

Mihi visa est ita fere posse suppleri, probante Buechelero, qui antea de aliis supplementis cogitaverat,

† *principum* [*eg*]*regius hanc aulam Vu*[*lfila fecit.*
hec ore hoc mag[*no*] *eximia macina* [*pollet,*
undivagumque maris pelagum habita[*re suetos*
haula tenet homines inmenso [*aequore vectos*

V. 1 observa *aulam* et *haulam* formas v. 4 iuxta usurpatas. Vulfilae nomen supplevi exempli causa utpote inter Gotos notum; num illa aetate eius vel similis nominis princeps aliquis Asturiae fuerit ignoro.

2 Os magnum aedificii videtur significare portam. *Mag*[*no*] *eximia;* scilicet ignorat poeta hic elisiones, ut v. 3 in *pelagum habita*[*re*] et v. 4 si recte supplevi, *inmenso* [*aequore*]. *Hec macina sacra* est in titulo Asturiae supra n. 149.

3 *homines undivagum pelagum maris habitare suetos,* sive *peritos,* si recte supplevi, puto fuisse nautas audaces qui illa iam aetate e Cantabriae et Asturiae portubus solebant vela facere ad balaenas piscesque omnes venandos in maribus longinquis, quae sunt versus septentriones et occidentem. Unde apparere videtur aulam a Vulfila conditam destinatam fuisse ad nautas hospitio recipiendos, simili hospitiorum eius generis quae hodie extant.

4 *inmenso* [*culmine surgens*] proposuit Buechelerus. Et fateor homines pelagum habitare suetos cum pleonasmo quodam vocari inmenso aequore vectos; neque vero inmensum aulae culmen placet.

Litteratura, in qua observa ʜ et h iuxta positas, scribendi ratio, *hec, macina, haula, inmenso* totusque carminis tenor conveniunt cum saeculo octavo nonove. *Undivagus* vocabulum a Corippo saepius usurpatur Ioh. VII 343 VIII 344 laud. Iust. I 110.

485 (= 262) *Val de Dios, concejo de Villaviciosa*, in ecclesia Sancti Salvatoris, tabula marmorea magna supra portam vestibuli, qua itur in ecclesiam.

a haec domus aeterna hoc semper domini templum sit
et cuncta | nostra hinc tibi litavimus dona. Adsit quisquis
in mea | [foverit] qui retinerit scindere vota lux careat
Christo tua vibensque | eam absorbeat terra
mendicitas et lepra prosapia teneat sua

Monumentos arquitectónicos de España fasc. 46; Vigil *Asturias* p. 596 tab. Ub VII qui dicit initia potissimum versuum interiisse.


Vigil p. 597 tab. Ub VI 12. 13 fragmenta duo exhibet, quae extabant in eadem ecclesia locis variis, quorum imagines obscuras et mancas non repeto.

b . . . .
. . a salvatoris . . . .
. . . sti solo siriga fun . . . .
. . nead tore . . rator su . . . o . . .
cremetur cum o . . . .

c . . . .
† si quis . . . .
que . . . .
emp . . . .
. . . .

Cave confidas his lectionibus.

486 *Vierces, o Beroñes, parroquia de San Qués*, prope aediculam S. Annae, in praedio quodam vicino rep. m. Ianuario a. 1865, extat Matriti in museo archaeologico; tabula lapidea longa ped. 5 dig. 3, lata ped. 1 dig. 6.




aera 965
p. C. 927

Descripsi a. 1889; Vigil *Asturias* p. 469 tab. Sa II 5 qui delineavit non ad archetypum ("*ejecutado con poco esmero, pero se adopta el carácter tomado del que existe en el Museo arqueológico nacional*, quem subministravit Fortunatus de Selgas a. 1885" Vigil).

† *obiit famulus d(e)i Sev|erus VI k(a)l(en)d(a)s Ap(ri)l(e)s era DCCCCLXV*


487 *San Vicente de Serrapio*, ubi intratur in sacristiam, fragmentum parvum.



Vigil *Asturias* p. 266 tab. BII 4 delineatum a Firmino Canella Secades.

[requi]escit . . . .

488 *Santiago de Civea, tres leguas y media mas arriba de Cangas de Tineo,* in ecclesia parochiali super portam qua intratur in porticum, lapis longus m. 1.17, altus 0.32.




aera 1121?
p. C. 1083

Masdea *hist. de España* IX 171; Risco *Esp. sagr.* XXXVIII p. 90 aliique; Vigil *Asturias* p. 316 tab. K II 7 (*Cangas de Tineo*).

† *in n(omin)e d(omi)ni sacratum est templum s(an)cti Iacobi ap(o)stol(i) a famulo*
d(e)i Ariane [*episcopo Ove*]*tense sedis·era* (*millesima*) *CXXI*
† *oc condidit Froilan regnante* [*gloriosus*] *rex Adef(ons)us in Legione*

Ariane — sive *Ariani?* — est genetivus *Aria* sive *Arias* nominativi; ut antiquitus flectebatur *Egica Egicani.*

489 *S. Martin de Argüelles,* chiliom. VI a *Siero,* fragmentum rep. ad radices columnae dextrae in porta principali, longum m. 0.63, altum 0.21




Vigil *Asturias* p. 538 tab. L b I 2 ex ectypis, sed dubitans de lectione.

Cogitari non posse de era DCXXI = p. C. 583 patet; fuerit saeculi IX.

. . . *IIII kalendas Maias fondata est* [*haec ecclesia* cet.] *era*

490 *San Martin de Argüelles, en el desvan de la iglesia, formando el dintel de una ventana*, inverse collocata, tabula lapidea alta m. 1.60, lata 0.42.




aera 989
p. C. 951

† *in n(o)m(in)e d(omi)ni n(ostri) Ih(esu) Chr(isti) in era DCCCCLXXXVIIIIa restaurab(i)t Dominicus pr(e)s(biter) baselica(m) ista(m). O vos sacerdotes vel om(ne)s homines or(at)e pro me*

Vigil *Asturias* p. 538 tab. Lb I 3 ex ectypo.

491 *S. Antonio de la Foz, concejo de Morcin;* lapis ex ecclesiae parietinis delatus in domum aliquam vici *de la Foz*, quae erat Ignatii Quintana, *en la solera de la ventana de un establo o pajar;* lapis altus m. 0.50, latus 1.50; litterae visae sunt editori saec. X esse.




Vigil *Asturias* p. 443 tab. La III 6 ex delineatione amici.

d(ominus)? Ramoran(us) Sescudo m(iles?); ora pro m[e . .] sid(u)s provis?

Potest etiam legi *Ramoranses Cudom*; sed hoc minus probabile videtur. Initio v. 3 fortasse alia littera fuit. *Sidus provis* non satis intellego; nisi fuit *sidus probis*, ut defunctus fuisse dicatur probis veluti sidus. Sed de lectione dubito.

492 *Santa Maria de Cartavio, concejo de Coaña,* mensa altaris maioris ex lapide scissili, longa m. 1.35, alta 0.65, litteris saec. X, ut visae sunt editori, paene prorsus detritis.




aera 1010?
p. C. 962

Vigil *Asturias* p. 347 tab. O I 2.

Legendam relinquere necesse est eis, qui lapidem denuo examinare poterunt.


493 *Santa Maria de Cartavio,* in ecclesia parochiali *en la pared exterior del crucero, cerca de la puerta lateral,* collocata alte m. 1.20, lapis longus m. 1.05, altus 0.28.



In era MXIIII sic (hic?) intravit
Fredenandu[s . . . . .] ep(iscop)u[s]?

Vigil *Asturias* p. 348 tab. O I 3 qui compendium in fine positum non intellexit.

494 *San Martin de Salas* in ecclesia, quam constat extitisse inde ab anno p. C. 896, *adosada en el exterior del lienzo de la epistola,* lapis altus m. 0.35, latus 0. 38, litteris elegantibus saec. X.



Ex multis temporibus distruc(t)a
Adefonsus confessus in melius eam |
iuss(i)t renovari atque res[ta]u[ra]ri |
et pro tali laborem sit illi di[vus
M(artinus)?] adiutorem et protectorem, ut ante d(eu)m aveat pro tali
facto [b]ona(m) remuneracionem

Vigil *Asturias* p. 508 tab. Eb V 12. V. 6. 7 fortasse supplendum *dona(tam).*

495 *San Martin de Salas*, in ecclesia parochiali. *en el lienzo de la epistola*; lapis altus m. 0.30, latus 0.32.



d. XII m. Oct.
aera 989
p. C. 951


Vigil *Asturias* p. 508 tab. Eb VI 13.

† *in oc altare sunt reliquie recon|dite s(an)c(t)i Salvatoris, s(an)c(t)e Marie, s(an)c(t)i Martini ep(iscop)i, s(an)c(t)i Iohannis B(a)p(tist)e, | s(an)cti Andre(e), s(an)c(t)i Tirsi, s(an)c(t)i Felicis, | s(an)c(t)i Romani, s(an)c(t)e Eolalie, s(an)c(t)i Pelagi, | restauratu(m) est te(m)plu(m) oc ab Ade|fonso confesso die IIII id(u)s | Oc(to)b(re)s in era DCCCCLXXXVIIIIa*

E *Salas* supra n. 336.

---

496 *San Martin de Salas*, in ecclesia, *en el paño del evangelio*, lapis altus m. 0.32, latus 0.36.




† *depreco vos, servi dei, | qui ad hunc sepulcrum intraveri|tis, pro me Adefonso orare noñ pi|geatis, si regnum Chr(is)ti | sine fine possideatis*
† *hic requiescit famul(u)s dei Adefon|rus conf(essu)s qui obiit die IIII f(eri)a | VI kale(ndas) Augustas in era MVIIa*

d. XVII m. Iul.
aera 1007
p. C. 969

Vigil *Asturias* p. 508 tab. Eb VI 14.
V. 4 *si* fortasse positum pro *sic*.

497 *San Martin de Salas*, in ecclesia, *en el lienzo exterior del lado de la epistola*, lapis altus m. 0,36, latus 0.45.




Vigil *Asturias* p. 508 tab. Eb VII 15.

† *oc signo tuetur pius, oc signo vincitur inimicus Adefonsus fecit et | salva eum deus*

Formulae notae ex crucibus Ovetensibus n. 247ss.

498 *San Martin de Salas*, in ecclesiae muro *en el friso de un ajimez*, super arcus tres; lapis longus m. 0.60, altus 0.07.



Vigil *Asturias* p. 508 tab. Eb VII 16.

† *Christe dei filius, qui sedes a desteram patris in sede suberna, da mici Adefonso requiem sempiternam*


499 *San Martin de Salas*, in ecclesiae muro *en el friso de un ajimez* (ut n. 497), lapis longus m. 0.80, altus 0.17.



Vigil *Asturias* p. 509 tab. Eb VII 17.


† *Salvator noster que super (est?) salu[s et resurr]eccio et vita da mici Adefonso fiducia(m), ut anima m(e)a ante tuo [iudici]u(m)? sine confusione perducas*

500 *San Martin de Salas,* infra n. 496, lapis altus m. 0.34, latus 0.32, litteris paene evanidis.




Vigil *Asturias* p. 509 tab. Eb VIII 18.
Legere non potuit editor.

502 *San Martin de Salas*, in ecclesia, *en el flanco del evangelio en la faja superior de un ajimez* supra arcus tres, lapis altus m. 0.74, latus 0.75.




Vigil *Asturias* p. 509 tab. Eb IX 20.
† *Larga tua pietas . . . . . et adm. . .*
Reliqua legere non potuit editor. Cf. supra n. 261.

501 *San Martin de Salas,* in abside ecclesiae, lapis m. 0.55, latus 0.50.




Vigil *Asturia* p. 509 tab. Eb VIII 19.
Signum salutis pone, domine, in domo isto, ut non pe introire angelum percucientem

503 *San Martin de Salas,* iuxta n. 501 eique p similis; versus tituli alti sunt m. 0.06, longi 0.82.



Vigil *Asturias* p. 509 tab. Eb IX 21.
. . . s[alva et anima . . . sifii . . . in Chr(ist)o
Haec tantum legere potuit editor.

504 *San Martin de Salas,* super arcum portae *de la fachada principal á los piés de la iglesia*, detecta subter calcem a. 1864, lapis altus m. 0.33, latus 0.17.




Vigil *Asturias* p. 509 tab. Eb IX[2] 21[2] ex delineatione optima amici alicuius.

— — *ta sc[el]us* (?) *pereat* | . . . . *am deprecatus* . . . | *a*]*diutorem eade* . . . . | . . *t caveat si* . . . | *protectorem* . . . . . | . . . *one mufre* . . . | . . . *ato* . . .

Haec tantum editor legit. V. 1 *s(an)ct(i) eius?*

505 *San Miguel de Bárcena*, leugas duas a *Tineo*, rep. in praedio quodam; servatur Oveti in museo, lapis altus m 0.22, latus 0.46.




aera 943
p. C. 905

Vigil *Asturias* p. 575 tab. Qb VI 23 ex ectypo.

obit fa(mu)l(u)s d(e)i Guni|mirus era D|CCCCXLIIIa

506 *San Miguel de Bárcena, concejo de Tineo,* lapis altus m. 0.58, latus 0.43.




d. I Sept.
aera 1044
p. C. 1006

Vigil *Asturias* p. 573 tab. Qb IV 18 ex ectypo, quod Fortunatus de Selgas acad. histor. Matritensi misit; quae servat.

† *hin n(o)m(in)e domini Eclare(?)de|posite ari* (?) *capite corpore | legite requiescit ic | famula dei Arogontie conf(ess)a | et obiit IIII feria die | kalendas Se(ptem)bres era | mil(esi)ma XLIV*

Initium nondum intellexi. Aera potest etiam esse MXIV 1014, p. C. 976.

507 *San Andrés de Bárcena,* super portam aediculae, lapus longus m. 1.15, altus 0.49, litteris evanidis.




d. ... Iul.
aera 860
p. C. 822

Vigil *Asturias* p. 573 tab. Qb IV 19.

hic requiescit fam]ula dei Rataria u . . . .
(die) . . . . Iulie era DCCCLX . . .

508 *Santianes*, in ecclesia, in pariete navis laterali iuxta latus epistolae, m. 1.50 a solo, prope pilam baptismatis; lapis altus m. 0.50, latus 0.61, litteris quae visae sunt esse saeculi X vel XI.




Vigil *Asturias* p. 475 tab. Ua I 5.

. . . *cum ta[bula al]taris eclesia* | . . . *ulas grat(i) fama dei ad* | . . . . *i iugis a Cristo* | . . . *rnos ditata domus* | . . [*op*]*tamus famuli dei* | . . . *ut nos adtollat Sion*

Non intellexi textum mancum, cum desit pars prior. V. 1—4 videntur continere hexametros duos.

509 Prope *San Esteban de las Morteras* extat *la Peña escrita de Rozada*, scilicet chiliom. unum a vico *Riera* (*parroquia de Sª Mª de las Viñas*), iuxta pontem *Somiedo* fluvii, in rupe circiter m. 60 alta versus orientem m. circiter 2 in altitudinem inscriptio haec sculpta est, in spatio alto m. 0.53, lato 0.43.



aera 900? — 955 Vigil
p. C. 862 — 917

Risco *Esp. sagr.* XXXVII p. 263 indeque alii; Vigil *Asturias* p. 546 tab. Mb I 2 ex ectypo facto a Petro Perez de la Sala.

† *in er*[*a*] | *DCCCCa* | *fuit facta* | *via? ren*[*an*]*ti do*(*mino*) | *Froila cum* | [*fra*]*tri* [*Did*] *aco* | . . . .

De aera 955 p. C. 917 cogitavit Vigil, legens DCCCCLV; fortasse recte. Ego signum pro foliolo interpunctionis habui.

510 *Parroquia de Cuntis*, in ecclesia. Mensuras ignoro.

† ERA · T · C · XVI ELMISM̦ † M̦·UR EOIA — aera 1116
† CBES · ABBA † ADAᵛᶠVS FECIMVS — p. C. 1074

Aurelianus Guerra *Nuevos Descubrimientos epigráficos* (Matriti 1879) p. 7, qui ita legit:

era MXVI [potius *MCXVI*] *Elmismi memoria* † *C(oro)bes* (?) *abba* † *Adulfus fecimus*

Vix recte.

---

511 *Comillas*, in lapide sepulcrali rotundo, aevi christiani. Mensuras ignoro.




E. S. Dodgson misit a se descriptam.

Eu]*lali*|*a amen* | [*era*] *m*(*illesima?*) . .

H videtur posita esse pro Ч, *u*.

---

512 *Bérriz, anteiglesia del partido de Durango, provincia de Vizcaya*, in atrio ecclesiae parochialis S. Iohannis evangelistae **Guerra.** In fronte aediculae S. Iohannis Bapt., quae fuit familiae *de Zengotita* in via publica versus *Marquina* chiliom. circiter tria a *Berriz* **Dodgson** a. 1895. Lapis est supra in medium circulum terminatus, infra oblongus, altus m. 0.41, latus 0.48; litterae altae 0.04.




Aurelianus Guerra *bol. de la Acad.* XII 1888 p. 89 qui legit

In no(mi)ne d(omi)ne Ego Manuto

Ego nomen putans ut *Aigo* Visigoticum supra n. 190. Potius pronomen *ego* est. Quod *domine* scriptum est pro *domini*, Guerra adsonantiam esse credidit consulto factam. Fortasse *e* initium est vocabuli quod sequitur versu altero, errore bis scriptum.

513 *Irasola* (*Abadiano*), in aedicula Sanctae Euphemiae. Lapis altus m. 0.60, latus 0.44, litteris altis m. 0.03.




Iosephus Maria de Bernaola (*Durango*) misit m. Ian. a. 1897 a se descriptam ex ectypo.

Fortasse: *nomen illium* (?) *ego Belatea. orate pro me peccadore*

Mulieris imago est rudis cum indicatione nasi et oculorum..

V. 5 Ʊ videtur T simplex esse ita formata CT; *oratte* legerat Bernaola. V. 6 in ᴅ inverse positam esse adnotavit Bernaola.


514 *Abadiano*, in aedicula Sancti Vincentis martyris *de Biquendi*; lapis altus est m. 0.60, latus 0.30, litterae altae m. 0.03.



Iosephus Maria de Bernaola presbyter misit a. 1896 depictam accurate supra ectypum; delineavit item E. S. Dodgson Britannus.

Bernaola legit *Vicenini anesteso in dei trono;* cum *Biquendi* Vasconice sit Vincentis. Nom en defuncti de functaeve non satis intellego, fortasse fuit *Viunincone* V. 2. 3 distinguo *ego in no[mi]ne X[risti]*.

515 *Abadiano*, rep. prope aediculam S. Martini *de Gastélua;* servabat ibi Iosephus Urcelai presbyter. Lapis altus m. 0.24, latus 0.23, litteris altis 0.03.



Iosephus Maria de Bernaola presbyter depictam super ectypum misit; Iosephus Urcelai descriptam a se dedit Edwardo S. Dodgson.

Bernaola legit [*i*]*n dei n*[*omi*]*ne* [*eg*]*o Munio M*[illegible] *S. Martini* [illegible] annum indicari putans 1047. In fine fortasse aera tantum fuit *MILXII*, 1062, p. C. 1024; sed nihil definio.

516 In castello *Loarre*, ubi sitam fuisse credunt Calagurrim Fibularensem, leugis tribus ab Osca versus septentriones et occidentem, in porta graduum. Mensuras ignoro.

✝ IN DEI NNE : HIC RE	
QVIESCIT FAMVLVS DE	
I TVLGAS ⁝ QVI OBIIT ⁝ PRI	d. XXX m. Nov.
DIE ⁝ KALS ⁝ DECEMBRIS E	aera 1083
RA MLXXXIII QVI	p. C. 1045
LEGERIT ISTAS LITERAS	
ORET ⁝ PATER NOSTER	
ET AVE ///// SEMP/////	

Quadrado *España, sus monumentos* cet. (Barcinone 1883) p. 358; Marchio de Monsalud *bol. de la Acad.* XXXII 1898 p. 9.

In ectypo misso a Marchione de Monsalud nihil certi distinguo.

In dei n(omi)ne hic re|quiescit famulus de|i Tulgas, qui obiit pri|die kal(enda)s Decembris e|ra MLXXXIII; qui | legerit istas literas | oret pater noster et ave [*Maria*] *semp*[*er virgo*]

---

517 In castello *Loarre* in gradibus supra portam aediculae, quae dicitur *la capilla baja*; diametri m. 0.20. Litterae possunt esse saec. X; altae sunt m. 0.025.



Descripsi ex ectypo misso a Marchione de Monsalud, qui ed. *bol. de la Acad.* XXXII 1898 p. 9.

Praeter ☧ quid significent litterae DNSIVRI — vel potius INRI — nescio, nisi fortasse

d(ominus) n(oster) s(alvator) I(esus) N(azarenus) r(ex) I(udaeorum)

518 *San Juan de Baños* prope Pallantiam, rep. m. Nov. a. 1898, servat Pallantiae Franciscus Simon y Nieto medicus; lapis longus m. 0.42, altus 0.16, litteris gracilibus, magis scariphatis quam incisis, altis m. 0.03 ad 0.04.

+ IH HOMIHE DHI H ·I·
IIIE:


Descripsi ex ectypis missis ab Eduardo S. Dodgson et Francisco Simon.

Litterae versus primi extremae et v. 2 confusae et evanidae sunt. Omnes videntur nihil significare nisi

in nomine do(mi)ni n(o)stri Ih[su Christi]

---

519 Barcinone fuit olim in crypta ecclesiae cathedralis, postea in eadem muro inserta exteriori aediculae sanctae Eulaliae, nunc servatur in museo provinciali (n. 864); tabula marmorea alta m. 0.34, longa 0.80, rupta in partes duas. Litterae altae sunt m. 0.05, saeculi IX.



d. I Nov.
p. C. . . .


Descripsi a. 1886. Florez *España sagrada* XXIX p. 185ss. indeque alii multi; Antonius Elias de Molins *Catálogo del Museo provincial de antigüedades de Barcelona* (Barcinone 1888) p. 169 cum imagine photographa.

Frodoinus erat episcopus Barcinonensis temporibus Caroli Calvi; unde aetas tituli (c. a. 870) definitur.

† *requiescit beata Eulalia mar[ty]ris Christi, qui passa est in civitate Barchinona sub Daciano preside II id(u)s F(e)b(ruari)as et fuit inventa | [a Fr]odoino ep(iscop)o cum suo clero in | domu s(an)c(t)e Marie k(a)l(endis) No(vem)br(is) deo gra(tia)s*

V. 1. 2 *martyris* pro *martyr* et *qui* pro *quae* aetatis eius vitia sunt, reliqua satis emendate scripta.

520 Barcinone olim fuisse videtur (ut n. 285. 286), sed pro saburra translata est Almeriam, ubi Góngora vidit; num extet ignoro. Ectypum gypseum ex sylloge Góngorae est in museo Granatensi. Tabula lapidea fuit alta m. 0.33, lata 0.31, litteris altis m. 0.03, bonis.



d. . . m. Iulii
aera 950
p. C. 922

Descripsi ex ectypo, quod misit una cum delineatione accurata Emmanuel Gomez Moreno. Idem supplementa praeivit.


[*In hoc m*]*onument*[*o* | *requiescit co*[*rpus Argefr*[*e*|*di, qui obiit*] . . . *era DCCCCL*[*V, anno d*(*omi*)*ni*] *DCCCCXVII* [*die*| . . . . *Iu*]*lii, anno XX* [*reg*|*nante*] *Karulo rege* | [*post O*]*doni regi div*[*o*

V. 7 *post Oddonem regem divum* erat scribendum. Cf. n. 285 *era DCCCCXXXVIII* — scribe *DCCCCXXXXVIII* — *anno ab incarnatione domini DCCCXC* — scribe *DCCCCX* — *anno II regnante Karulo rege* et 286 *era DCCCCLII anno domini DCCCCXIV anno XIII regnante Karolo rege post Odoni.* Dubito de *div*[*o*] vocabulo, quamquam ectypum V litterae partem priorem clare exhibet; ut de *dif*[*uncto*] nequeat cogitari.

Odo regnavit apud Francos ab a. 888 ad a. 898, Karolus IV Stolidus ab a. 898 ad 922, qui iam a. 893 contra Odonem regno potitus erat. Itaque anni prorsus conveniunt. Haec Schefferus collega doctissimus me docuit.

---

521 Barcinone, in ecclesia S. Petri et Pauli, supra portam.




S(*an*)*c*(*tu*)*s Paulus S*(*an*)*ctus Petrus: hec d*(*omi*)*ni porta — via est omnibus horta, ianua sum vite — per me gradiendo venite*

Quae sequuntur incertae lectionis sunt:

Richardus pro se et anima uxor(*is*) *e*(*ius*) *Raimunda in hac aula mon*(*astica*) *Benedic*)*t*(*inos*) *VII misit* legerunt antiquiores; vix recte. Nomen vel *Renardus* vel *Richardus* vel *Bernardus* fuisse visum est. Nihil definio, cum nec ectypum nec photographiam videre licuerit.

Monumentos arquitectónicos de España fasc. 45 post editores antiquiores.

522 Barcinone, olim in monasterio S. Cucufatis *del Vallés*, deinde in scalis coenobii S. Pauli *del Campo* in platea S. Michaelis, nunc servatur in museo (n. 927), tabula marmorea alta m. 0.33, longa 0.34. Litteris altis m. 0.03.



d. VIII m. Iunii
era 997
p. C. 959

Descripsi ex ectypo misso ab Antonio Elias de Molins musei Barcinonensis directore.

Villanueva *viaje literario* XVIII p. 127 post scriptiones aliorum duas; Ios. Ant. Llobet y Vallloséra *Memorias de la Academia de Buenas Letras de Barcelona* (1837) vol. II p. 181ss.

Litterae in lapide clariores sunt quam in ectypo chartaceo, quod supra exhibetur; tamen lectio nondum usquequaque stabilita est.

† cespite sub duro | ubi cubat corp(u)s Gescafredi monachi filium | co(n)da(m) Seniofredi et fr(atr)i | Ramon(i) Bor . . . . ., q(ui) obiit VI id(us) I(anuar)i(as) | er(a) DCCCCLXXXVII, d(omi)ni an(n)o | DCCCCXXXVIIII, an(no) III reg|nante Lodoici regi; inter cede pr(o) eu(m), Cucufas beate, amen

V. 5 in. utrum *Bor* . . . an RoBV legendum incertus sum.

V. 6 in aerae indicatione X una excidit; nam Ludovicus IV rex Franciae dictus Transmarinus regnavit ab a. 954 ad a. 986, ut observavit Schefferus; cf. n. 520.

523 Barcinone in museo (n. 906), ubi reperta sit ignoratur; tabula marmorea alta m. 0.345, longa 0.40.

† IN ISTO SARCOFAGO RECO∂ITV̄
IΛCET CORPVSCVLV̄ cōdā levanto
cod umo glutinatus est. ob
VI · idus iuni · er XIIII post millesim — d. VIII m. Iun.
am dn DCCCCLXXVI anno — era 1014
XXII regnante lev — p. C. 976
tario rege dimittat
ei ds ā — gomarellus p̄

Antonius Elias de Molins *Catálogo del Museo provincial de antigüedades de Barcelona* (Barcinone 1888) p. 170. Ectypum sumi non potuit.

† *in isto sarcofago reco(n)ditu(m)* | *iacet corpusculu(m) co(n)da(m) Levanto* | *cod umo glutinatus est; ob(iit) VI idus Iuni(as) er(a) XIIII post millesimam, (anno) d(omi)n(i) DCCCCLXXVI, anno* | *XXII regnante Leu*|*tario rege; dimittat* | *ei d(eu)s, a(men). Gomarellus p(osuit)?*

Lotharius rex Franciae regnavit ab a. 954 ad 986; cf. n. 517.
V. 3 *quod humo glutinatus est* videtur indicare *sepultum est.*

AVCTARIVM

Ad n. 144 (p. 46) Imago optima edita est a Iosepho Amador de los Rios *Monumentos arquitectónicos de España* fasc. 26.

n. 146 (p. 46) In medio titulo scriptum est

✝ ANTISTITVM

id est *antistitum*.

Ios. Amador de los Rios *Monumentos arquitectónicos de España* fasc. 26.

n. 314 (Suppl. p. 13) Adolphus Harnack collega doctissimus monuit legendum esse *lector*. Neque enim obstare aetatem parvam; nam quamvis haec sint in Novella quadam Iustiniani οὐκ ἐπιτρέπομεν ἀναγνώστην, i. e. lectorem, ἐλάττονα τῶν ὀκτὼ καὶ δέκα ἐνιαυτῶν (CCXIII e. B.), tamen ex ipso hoc interdicto intellegi etiam iuniores admissos esse. Id quod probetur testimoniis compluribus. Victorem Vitensem scribere: *tunc . . . universus clerus ecclesiae Carthaginiensis caede inediaque maceratus, fere quingenti vel amplius, inter quos quam plurimi erant lectores infantuli* (III 34). Ennodium episcopum Ticinensem dicere antecessorem suum octavo vitae anno lectorem factum esse (vita Epiphanii); Caesarium Arelatensem tradi septennem munus idem obtinuisse. De Iohanne episcopo Cabillonensi Sidonium Apollinarem haec tradere: *lector hic primum, sic minister altaris idque ab infantia* (IV ep. 25), itemque Paulinum de Felice Nolano *primis lector servivit in annis* (de S. Felice nat. carm. IV 108).

n. 350 et 351 (Suppl. p. 35. 36) Edidit interea Marchio de Monsalud in ephemeride nova *Revista de Estremadura* I 1899 p. 31. 33.

n. 397 (Suppl. p. 79) In textu errore editum est DOMNORVIM pro DOMNORVM.

524 (inserenda post n. 338) Emeritae, tabula e lapide scissili infra fracta, alta m. 0.34, lata 0.42, litteris altis m. 0.02, intra sertum laureum; litterae videntur saec. VI esse. Servatur *Almendralejo* apud editorem.

. . . ΔORVS
VΛCINVS

Descripsi ex ectypo misso a Marchione de Monsalud, qui ed. *bol. de la Acad.* XXXV 1899 p. 222. ISIDORVS| VRSICINVS editor; fortasse recte, sed in ectypo ea tantum apparent quae supra dedi. Expectamus altero loco aut nomen ethnicum aut muneris designationem.

525 (inserenda post n. 338) *Alanje*, rep. in praedio *del Curandero*, ubi via ab *Almendralejo* ad *Alanje* transgreditur *Matachel* rivum, in sinistra eius ripa; tabula marmorea alta m. 0.34, lata 0.44, crassa 0.03, litteris bonis, altis m. 0.004. Iam *Almendralejo* apud editorem.

✝ IVSTVS DIACNVS
FAMVLVS DEI VIXIT
ANNOS XXXI REQVI
VIT IN PACE D NON — d. IV m. Mai.
MAIAS ERA DCXXXIII — aera 633
p. C. 595

Descripsi ex ectypo optimo misso a Marchione de Monsalud *bol. de la Acad.* XXXV 1899 p. 224.

526 (inserenda post n. 341) Emeritae, rep. *en la calle de Alfonso IX* prope aedem S. Eulaliae, fragmentum tabulae marmoreae altum m. 0.15, longum 0.38, litteris bonis saeculi puto VI, altis m. 0.035; iam *Almendralejo* in museo editoris. Supra et a dextra videtur integra esse.

ꞏDVS MEDICVS DEBITO
VS HOC IN SEPVLCRO QVIESCIT
VRVS VIXISSE FERTVR FERE

Descripsi ex ectypo misso a Marchione de Monsalud, qui ed. *bol. de la Acad.* XXXV 1899 p. 223.

V. 1 Nomen videtur terminari in *edus*, nam qui ante D superest pes vix alius esse potest quam E litterae. Unde *Reccaredus* supplevit editor. In *medicus* vocabulo et v. 2 in. in . . *us* V litterae forma singularis adhibita est haec V, a reliquis V huius tituli diversa.

2 [*func*]*tus* et 3 [*resurrect*]*urus* supplevit editor non sine probabilitate quadam; sed cogitari potest etiam de aliis supplementis non paucis.

4 Apices tantum superiores litterarum aliquot discernuntur; . . . ITI N . . . legit editor, supplens [*vigi*]*nti n*[*ovem*], pro quo expectaveris undetriginta. Quod de vitae annis non constabat inde fortasse explicandum cum editore, quod hic sepultus peregre defunctus est.

Qui scripsit carmen facere fortasse voluit versibus herois talibus:

Reccaredus medicus, debito [*quem tempore vitae*
Protexit domin]*us, hoc in sepulcro quiescit*
Sec]*urus.*

Quamquam *sepulcro* vocabulum adhibuit contra prosodiae leges. Quae sequntur in sermonem pedestrem cadunt. Ceterum medicum in titulo eius aetatis nondum repperimus.

---

527 (inserenda post n. 359) *Alanje*, in praedio *del Curandero*, tabula marmorea alta m. 0.22, lata 0.40; litteris satis bonis, altis m. 0.003, saeculi puto VI. Constat ex fragmentis duobus, quorum *a* altum m. 0.07, latum 0.12, m. 0.14, latum 0.13 est; *b* altum servantur *Almendralejo* apud editorem; reliqua retinet Alphonsus Ceballos in *Villafranca de los Barros.*

† VICTVRA VIRGO IN
MACULATA IN DEI NOMI
NE ANCILLA CHRI VIXIT ANO
SIMIS REQVIEVIT IN PA
CE SUB DIE SEPTIMO ID NOU
EMBRES quARTO MENSI?
VS

Descripsi ex ectypis missis a Marchione de Monsalud, qui ed. *bol. de la Acad.* XXXV 1899 p. 224.

Quae editor servat fragmenta litteris rectis, reliqua inclinatis dedi; haec sola eius fide stant, sed sine dubio recte descripta sunt.

V. 1 *Victuria* pro Victoria; ut *Furtuna* iuxta Fortunam supra n. 338, quam recte comparavit editor.

3. 4 *ano simis* videtur indicare annum unum et medium sive menses duodeviginti; cf. v. 6.

5 Pro *i*[*d*(*us*) *Nov*]*embres* etiam Decembres vel Septembres suppleri posse patet.

6 [*Qu*]*arto m*[*ense*] supplere cum editore pronum est, neque vero quid significetur intellego.

7 [*plus mi*]*nus* idem proposuit minus probabiliter. Sed quo sensu haec addita sint nondum perspicio.

528 (inserenda post n. 259) *Alanje*, fragmenta tria parva tabulae marmoreae *a* altum m. 0.12, latum 0.13; *b* altum m. 0.05, latum 0.07; *c* altum m. 0.10, latum 0.15; litteris altis m. 0.04, saeculi puto VI vel VII. Servantur *Almendralejo* apud editorem; reliqua retinet Alphonsus Ceballo in *Villafranca de los Barros*.

a C A RI ◇ / \ T / *b* I I / ANA *c* I\I IV / INP

Descripsi ex ectypis missis a Marchione de Monsalud, qui ed. *bol. de la Acad.* XXXV 1899 p. 224. Fragmentum *b* videtur alius tituli esse quam *a c*.

529 (inserenda post n. 420) Rep. *no logar de Tafail* parochiae de *Villa Nova de Tázem*, prope *Gouvea* oppidum, *distrito da Guarda*, patella aenea diam. m. 0.22, litteris quae visae sunt saeculi IX esse.



Argimiri [illegible]

Franciscus Martius Sarmento m. Iunio a. 1899 misit imaginem photographam, quam supra exhibui.

Lectio et interpretatio incertae sunt. Argimiri episcopi fuerunt Lamecensis alter (supra n. 261), alter Compostellanus saeculo IX, neque vero hic episcopus dicitur. Sarmento cum amicis legebat:

Argimiri VI a(nn)o p(ontificatu)s u(niversali)s [e]p(isco)pi

Fita haec proposuit:

Argimiri vita amor salus populi

Quam supra dedi lectionem et ipsam incertam esse patet.

530 (inserenda post n. 514) *Armentia, provincia de Alava,* chiliom. 3 a *Vitoria,* in pariete ecclesiae. Mensurae non indicantur; litterae dicuntur esse saeculi X.

HVI' OPERIS AVCTORES RODERICVS EPS

supra in epistylio

† PORTA PER HANC CELI FIT PERVIA CVIQVE FIDELI

in margine superiore sphaerae, in qua agnus dei est

ANGELVS

REX SABBAOTH MAGNVS DEVS EST ET DICITVR AGNVS

DEI NVNCIVS

a dextra sphaerae homo rotulum tenens

SICVT OVIS — a latere — ISAYAS

in laeva alter homo rotulum tenens

ECCE AGNVS DEI — IOH̄N̄S BB̂A

circa sphaeram

† MORS EGO SVM MORTIS VOCOR AGNVS SVM LEO FORTIS

E. S. Dodgson descripsit m. Iunio a. 1896 mihique dedit Berolini m. Novembri a. 1899.

V. 1 AVCTORES, non AVCTOR EST, in lapide esse testatur Dodgson. Unde fortasse alterius auctoris nomen in fine versus scriptum erat.

2 Versiculus ita collocatus est, ut angulus dei nuntius pronuntiare videatur.

Versiculi hi sunt, fortasse antiquiores et cultoribus poesis christianae iam noti.

Porta per hanc celi — fit pervia cuique fideli.
Rex Sabbaoth magnus — deus est et dicitur agnus.
Mors ego sum, mortis — vocor agnus, sum leo fortis.

Adnotaverunt historiae ecclesiasticae periti Rodericum aliquem Armentiensem annis 1146 ad 1181 episcopum fuisse Calagurritanum, sed titulum hunc putant antiquiorem esse.

FALSAE VEL SVSPECTAE

n. 1* Titulum adhuc extare Eborae in aedicula claustri ecclesiae cathedralis testantur Gabriel Pereira et E. S. Dodgson. Quod Pereira cum aliis genuinum esse iudicat atque hic illic tantum a Resendio instauratum et suppletum (*é authentica e apenas recebeu uns retoques complementares de A. de Resende*), non sufficit ad vindicandum textum, qui tam aperte pugnat cum consuetudine inscriptionum saeculi VII e tot exemplis nota.

2*—6*

7* Sine suspicione ita *hic requiescit Rudericus rex Gothorum* protulit Salvator Sanpere y Miguel *Revista de ciencias historicas* IV 1886 p. 166.

8*—12*

13* Genuina est; vide C. II S p. 834 et Ephem. epigr. VIII p. 380 n. 80. Vindicavit a suspicione Car. Caesar observationes ad aetatem titulorum christianorum definiendam spectantes (Bonnae 1896) p. 40. Buecheler carmina epigr. n. 591 cf. vol. II p. 856.

14*—18*

19* E Caro habuit etiam Ioh. Matthias Gallegos *tratado de las antigüedades* cet. *de San Lucar* cet. a. 1741, quem manu scriptum vidi Hispali apud ducem de Tserclaes.

20* Noviciam et Hispanice conceptam esse mihi scripsit Emmanuel Gomez Moreno Granatensis, qui vidit et ita supplendam docuit *esta sep[ultura es] del doto r . . . Go]mes Ro[bledo? y] de sus he[rederos a[ño de . . .]*.

21*—71*

72* v. supra n. 397

73* v. supra n. 391

74*—79*

80* E Beutero Greg. Mayans in epistula ad P. Burmannum praemissa Anthologiae vet. epigr. Lat. vol. II p. V et LI, qui et ipse falsam esse iudicat.

81*—87*

88* Vidi a. 1881 Legione in S. Isidori et noviciam esse iudicavi.

89*—104*

105* *Abamia, concejo de Cangas de Onis, en la tapa de una sepultura colocada, bajo nicho, cerca del pavimento y del arco toral del lienzo del evangelio.*

HEIC IACET Rᴬ GAVDIOSA VX=
OR Rˢ. PELAGII

Vigil *Asturias* p. 303 tab. 3 VII 24.
Apparet noviciam esse. Cf. n. 92*.

106* Prope Hastam Regiam, *las Mesas de Asta* prope *Jeréz de la Frontera*, ubi servat Iohannes Lassaleta y Salazar (*calle de San Miguel* No. 14), fragmentum tabulae marmoreae altum m. 0.45 (ad 0.35), latum 0.77, litteris altis m. 0.055, saeculi ut manifestum est XVI vel XVII.

--ΓΓΙ DEDIT VITAM
SACRA VICTVM ⌒ RoMA
QVE NOMEN
SIC VNVS TRIPLEX
DONET ADIRE POLVM

Descripsi ex ectypo ab Augustino Muñoz y Gomez facto, unde ed. Fita *bol. de la Acad.* XXIII 1893 p. 277. Muñoz scripturam tribuit saeculo IV, Fita aevo Theodosiano. Observavit Fita praeterea initium alludere ad evangelium Iohannis I 4 VI 54—69 X 10 XIV 6 XV 4—7 XVII 9 XX 31 XXI 15—17 et *sacra victum* [*dederunt*] intellegit de sacramentis. Triplex autem similiter adhiberi de deo uno a Dracontio carm. de deo I 562.

V. 1 *Vita dedit vitam* supplevit Fita; sed non video cur non cogitari possit de urbis nomine veluti *Hasta* vel *Saena* vel *Roma* vel similibus. Fortasse sacerdos aliquis nomine Romanus Roma oriundus sacramentis sacerdotii ecclesiae Romanae imbutus triplicem illam originem Romanam cum sanctissima trinitate comparavit. Ut legendum sit:

[Rom]a dedit vitam, sacra victum Romaque nomen.
Sic unus triplex donet adire polum

Talia saeculo XVI non videntur indigna esse.

INDICES

COMPOSVIT K. REGLING

Ex inscriptionibus recentioribus (nr. 210–288. 290–292. 452–523. 530) non recepta sunt nisi nomina et cognomina, reges, temporum determinationes, honores publici militares ecclesiastici, sancti et martyres, geographica, carmina.

numeri nude positi ad inscriptiones remittunt; ad paginas ubi remittitur, praescribitur *p.*, ad paginas supplementi *S. p.*

I. II. NOMINA ET COGNOMINA

sanctos vide in indice VIII B

QVADRATIS LITTERIS scripta sunt nomina clarissimorum

III. IMPERATORES

IV. REGES. PRINCIPES

V. CONSVLES, AERAE ALIAEQVE TEMPORVM DETERMINATIONES

A. CONSVLES

B. AERA HISPANICA

C. INDICTIONES

D. ANNI DOMINI

E. ANNI IMPERATORVM ET REGVM

a. 594 p. C. an(no) VIII gl(oriosi) d(o-mi)ni Reccaredi reg(is) 115
a. 614 p. C. [an(no)] feliciter II Sisebuti regis 400 (=171)
a. 627 p. C. an(n)o VII gl(oriosi) regis Svinthile 119
a. 650 p. C. secundo Reccisvinti regnan(tis) c(um) patr(e) pr(in)cipis anno 117
a. 651 p. C. [anno tertio dec]imo et tertio regno domnorum [Chindasvindi et Recesvind]i regum 397
a. 652 p. C. an[no u]ndecimo et qu[arto re]gno gloriosis[simoru]m dominor(um) n(ost)ror(um) [Chinda]svindi et Reccisvi[ndi re]gum 175 (S. p. 74 5)
a. 661 p. C. tertio post decimum anno regni comes inclytus (Reccesvinthus) 143
a. [illegible] p. C. tempore potentis Getarum Ervigii regis 23ª (p. 120)
a. 691 p. C. quarto regno gl(oriosissimi) d(omi)ni n(o)s(tr)i Egicani 401 (=172)
a. 852/886 p. C. regnante Mammet regem Sarracenoru(m) 454 (=292)
a. 862 p. C. ? re(g)n[an]ti do(mino) Froila cum [fra]tri [Did]aco 509
a. 878 p. C. anno regni n(o)s(tr)i (*i. e. Adefonsi regis*) XII 249
a. [illegible] p. C. anno II regnante Karulo rege 285
a. 912 p. C. anno XX [regnante] Karulo [post O]doni regi 520
a. [illegible] p. C. Garsea sceptra regni peragens Mumadonna cum regina 469
a. *914 p. C. ani XIIII reg(nante) Karulo rege post Odoni 286 (S. p. 98)
a. 922 p. C. regnante Froila cum Urraca coniuge 274
a. 939 p. C. an. III regnante Lodoici rege 522
a. 952 p. C. Ordinius peragens sceptra 275
a. 976 p. C. anno XXII regnante Leutario rege 523
a. 980 p. C. regnante domino Ramiro rex Callaciae 244
a. 1028 p. C. re[ge] Adefonso 472
a. 1040 p. C. regnante principe serenissimo domino nostro Ferdinandus rex et Santia regina 470
a. 083 p. C. regnante [gloriosus] rex Adef(ons)us in Legione 488

F. ANNI EPISCOPORVM

a. 589 p. C. anno [pri]mo domini nostri [Steph]ani ep(i)sc(o)pi (*Ilberritani?*) 116 (S. p. 58)
a. 630 p. C. anno se[c]undo pontifica[t]us Pimeni 85 (*episc. Asidonensium*)
a. [illegible] p. C. sub Horontio vate 333 (*episc. Emerit.*)
a. [illegible] p. C. anno sexto decimo domini Pimeni ep(iscop)i (*Asidonensium*) 111
a. 652 p. C. quinto deci[mo po]ntivicatus san[ctissim]i Iusti episco[pi] (*Accitani*) 175
a. 662 p. C. anno XXXIII domni Pimeni pontificis (*Asidonensium*) 88
a. inc. anno III pontifica(t)us sui (*i. e.* Acrusmini *episcopi Bigastrensis*) 406
a. inc. anno VII d(o)m(in)i Theoderacis ep(i)sc(o)pi (*Asidonensium*) 110

G. DIES

kal(endis) Ian(uariis) 73
sub die IIII [no]n. Ianuari[as] 36 (S. p. 19)
d(ie) nonas Ianua[rias] 62
die IIII idus Ianuarias 46
d(ie) III ed(us) Ian(uarias) 299
sabbato Ianuarias pridie idus 390

sub di(e) XVIII klds. Februar. 110
d(io) XVI kaldas Febru. 68
*[XI] kal. Febr. 115
sub d(ie) XI [kal.] Februar. 12
die X kl. Februarias 35
VIII kalend. Februar. 43
III kal. Feb(r)u(aria)s 66
dies (=die sub?) III kals. Februarias 56
diae pridiae kal. Februarias 316
d(ie) III nonas Februarias 341
d(ie) II nonas [Fe]br. 60
d(ie) VIII idus Febr. 95
sub die VII idus Febru . . . 379
die (d. 302) V id. (ids. 302) Febru. (Febr. 302) 302 400 (=171)
tertiu(m) idus Feb. 410
diae II idus Februarias 330
. . . to idus Febru[arias] 107
die Martis quod fuit id. Feb(ruari)as 533
[die . . . Ianua]rias *sive* [Februa]rias 342

XV kalendas Martias 113
sud die XIIII kalendas Martias 338ª/ᵇ
sub die XIII kal. Martias 51
. . . X kal. Martias 180
sub d(ie) VII kal. Mart. 303
III ka(len)d(a)s Martias 19
die prid[ie kalendas] Mart[ias] 394
d(ie) VI n(onas) Martias 312
[illegible] Μαρτίου ε 289
d(ie) VII id. Martia(s) 117
sub die VI idus Martias 31
V id. Mart. 142
d(ie) III idus Mart[i]as 11
die (d. 337) II idus Martias (Martii 337) 337 362
. . . idus Martias 83
idibus Mart(iis) 98
id. Marcias 354
d(ie) i[d]us Mar(tias) 92
[sub d(ie)] . . . Martias 102

d. XVI kal. Apriles 309
sub d. XV kalend. Apriles 358
sub die XIII k. Ap(riles) 135
sub d. terteo kal. Apriles 304
kal. April(ibus) 21
die II nonas Apriles 362
nonas Apriles 331
III idus Apriles 395
die pridie idus Aprilis 155

d. XIIII kal. Maias 72
d. XII kl. Maias 131
die duodecimo [kal.] Maias 116
XI kal. Maias 28
d. III kal. Mai(as) 17
in kal. Maias 380
cal. (kls. 381) Mais (Mai. 381) 138 *381
d. non. Maias 525
die tert[io id]us Maias 175
pridie idus *Mag(ias) 401 (=172)
di(e) id. Ma(ias *vel* Ma(rtias)) 301
[id]ib(us) Mai(is) 78

d. (die 374) XIIII kal. Iunias 365 374
Iunias decimo quartove calendas 86
die XIII kalendas Iunias 314
sub d. VIII kal(en)das Iunias 80 89
d. octabo kalendas Iunias 369
d. septimo kal. Iunias 47
sub d. VI kal. Iunias 48
d. tertio kalendas Iunias 307
II kl. Iunias 100
. . .*k(alendas) Iun(ias) 104
[sub d.] k(a)l(en)d(as) Iunia[s] 4
d. III nonas Iunias 367
d. (sub d. 88) non. (*perscr.* 88) Iunias 88 308
sub [d.] prid. id. Iun[ias] 121

sub die XVI kal. Iul. 398 (=165)
XII kal. Iulias 295
die X k[al.] Iulias 27
die VIIII kal(enda)s Iulias 44
[d. (*om.* 329)] IX kal. Iulias 14 329
d. IIII kal. Iulias 340
*[k]al(en)das Iulias 107

VI. HONORES PVBLICI

VII. HONORES MILITARES

VIII. DEVS ET SANCTI. ECCLESIAE HONORES. DESIGNATIONES PIORVM. RES SANCTAE

A. DEVS

C. HONORES ET OFFICIA ECCLESIAE

D. DESIGNATIONES SANCTORVM ET PIORVM

E. RES SANCTAE

IX. GEOGRAPHICA

X. MVNICIPALIA

A. CIVITAS. TERRITORIVM

B. ORDO. POPVLVS

C. HONORES MVNICIPALES

XI. COLLEGIA

XII. OFFICIA PRIVATA

XIII. CARMINA

Numeri, quibus B *littera anteponitur, redeunt ad anthologiam Latinam, quam collegit Buecheler (Lips. 1895/7)*

XIV. LITTERAE SINGVLARES. COMPENDIA SCRIPTVRAE

lineas superscriptas et nexus litterarum plerosque omisi

FL· = Flavius 127 155
FLA· = Flavius 102
FLAV· = Flavius 433
GL· = gloriosus 115bis 401 (=172)
H· = hic 74
*H· [F·] = honesta femina? 317
*I· = indictionis? 101 (*S. p.* 54)
IAN· = Ianuarias 67 73 299
ID = id est *80 85 (*S.p.*42) 90 166
ID = idus, idibus *passim*
ID· = idus 343
[ID]IB· = idibus 78
ED· = edus 299
IHS· = Iesus 302 312
IHV· = Iesu 115 126
ΗC· = Jesus 418
HSV· = Jesu 111
INΔ· = ἰνδικτίωνος 289
INL = inlustris 105 115 121 124
ISPA = (H)ispalensis 76
IVN· = Iunias 104
IVL· = Iulias 306 398 (=165)
K· = καί 177
K· = kalendas 104
KA· = kalendas 311
KADS· = kalendas 19
KAL· = kalendas *passim*
KALDAS· = kalendas 68 80 89
KALDS· = kalendas 29
KALEND· = kalendas 43 77 332 358 362
[KA]LND· = kalendas 320
KALS· = kalendas 44 56
KL· = kalendas 9 25 35 100 111 131 327 357 379
KLD· = kalendas 4 54
KLDS· = kalendas 110 147
KY· = κυρίου 186
M· = μηνός 289
M· = menses 308 337
ME· = mensibus 400 (=171)
MEN· = menses 364
MENS· = menses 314 342
MA· = Maias *vel* Martias 301
MAI· = Maias, Maiis 17 78 138 172
MA· = mater 7
MAR· = Martias 92
MART· = Martias, Martiis 98 303
M·B· = memoriae bonae? 302
*MES· = manens? 117 (*S. p.* 58)
MIN· = minus 303; *cf.* P· M·
N· = nonas 312
NON· = nonas 79 308 317 525
NS· = nonas 306
N· = nostri 302
NI = nostri 312
NO· = nostri 108 (*S. p.* 54)
NSI· = nostri 111 115 116 401 (=172)
*N· = numero 98
NVM· = numero 57

NE· = nomine 15 135
NME· = nomine 401
NO· = nomine 406
OFF· = offert 360
P· = pace 142 343
*PA· = pace 356
PC· = pace 299
P· = pro 533
PA· = puella 323
PVE· = puella 306
PL· M· = plus minus 72 95 294 367
PL· MIN· = plus minus 60
PL· MINV· = plus minus 9
P·M· = plus minus 316
P·M·C· = provincia Mauretania Caesariensis 127
PONTFC· = pontifice 115 *bis*
POS· = postea? 533
PPITI· = praepositi? 529
PBR· = presbyter 190 *bis*
*[P]R· = presbyter 174
PRB· = presbyter 302
PR'B· = presbyter? 169
PRBR· = presbyter 312
PRESB· = presbyter 305 311
PRSB· = presbyter *313 531
PRS·BIT· = presbyter 3
PRSBT· = presbyter 158
PRSBTR· = presbyter 116 *397
PRBRI· = presbyterii 383
PRSRI· = presbyterii 174
PRCEPS = princeps 117
Q· = que 34^a 65bis 124 138 412 413
Q· = qui 94
RCS· = recessit 95
REC· = recessit 182 398 (=165)
*RECES· = recessit 97 (*S. p.* 54)
REQ· = requiescit 25
REQT· = requiescit 32
REQV· = requievit 327
REQV.E· = requiescit 174
REQVIT· = requiescit 337
RES· = requiescit 114
RV· = requievit 299
SBRS· = Septembribus 147
SET· = Se(p)tembres 101 (*S. p.* 54)
SA· = sanctissimus 174
SANC· = sancti, sancto 157 398 (=165)
SC· = sancti 90 *quinquies*
SCA· = sancta 100 115 293 361
SCAE· = sanctae 100
SCE· = sancte *passim*
SCI· = sancti *passim*
SCIS· = sanctis 55 115 158 386 413
SCM· = sanctum 363
SCO· = sancto 115 162
SCOR· = sanctorum 88 146 158 175
SCORV· = sanctorum 90
SCORVM· = sanctorum 80 89 111 401
[SC]RM· = sanctorum 85
SCS· = sanctus 128 142 412 413
SCTE· = sancte 155
SE· = sanctae 360
SNCE· = sanctae 184

SCITATE· = sanctitate 390
SCLIS· = saeculis 412
SCLO· = saeculo 36 (*S.p.*19) 54 99
SPS· = spiritus 65 142 361
SV· = sui 406
V· C· = vir clarissimus 127 399
V· = vixit 299
VI· = vixit 94
VIX· = vixit *passim*
VXT· = vixit 9
VIV· = vivat 418
VS· = Visaeensis? 529
XP· = Christi *16 *47 136
XPE· = Christe 31 384
XPI· = Christi *passim*
XPO· = Christo 359 384 389
XPS· Christus 419

LITTERAE LINEIS SIGNIFICATAE

m: [cel]sā 355, centū 354, decē 84, eclesiā 115; [ho]rologiū 63; idē 65; integrū 354; monacū 100 (*S. p.* 54); novā 333; novē 65; Novēbres 65; s(an)c(t)orū 90; sodaliū 123; suū 36 (*S. p.* 19); συπολιτῶν 40; virginū 333

n: Alexādria 84; āno 119; Gerūdesis 175

s: annō 120

t: pontificaūs 406; requievī 358

NUMERI

IIII = 5 28

x *cum cauda* = x *passim*; *in* LX? 100 (*S. p.* 54); x *rotunda* 33

Ϝ = LX? 60

ERRORES QVADRATARII NOTABILIORES

litterae transpositae Crh(istus) 414; EFBR· 60; HISV· 374; Iuluis 56; PRBS. 313; prestrepit 123

litterae omissae: ec(l)esia 357 (=50); t(r)es 310; Septemb(r)ium 123

litterae insertae: tretrum (=taetrum) 386

litterae commutatae: EAMVLVS 120; EMS (*pro* FMS) 118 (*S. p.* 58); PML (*pro* FML) 310

haplographia: lapis (i)ste 65; patris (i)ste 361; vi(xi)t 314

dittographia: fortuna(tuna) 12; promiss(iss)o 533

INTERPVNCTIO

puncta et hederae passim

: 113

Ɏ 31

ɏ 115

V 4

⁝ 138 401
✎ 123 *in fine versuum*
▽ 60
§ 65 *in fine hexametri*
∠ *et* ç 12

LITTERARVM FORMAE NOTABILIORES

A 105
Λ 137
Ā 115
a *uncialis* 295
A 382 388
A *et* A *iuxta usurp.* 336
Λ *et* A *iuxta usurp.* 384 (=149)
R̲ 358
C 135 324 382 384 (=149) *402 (=173)
C *et* C *iuxta usurp.* 384 (=149)
δ *passim*
λ (=d) 11
ↄ (=d) 82
Δ 51 338 395 396 403
Ξ (=e) 401 (=172)
Ɛ 299
ϵ 9 17 146 382
ϵ *et* E *iuxta usurp.* 384 (=149)
F 190
k (=f) 121 533
E (=f) 340 341
ς (=g) 190
ɕ (=g) 60
ʒ (=g) 354
H (=h) 382
h *et* H *iuxta usurp.* 384 (=149)
i *cum puncto* 10 328
l *cum cauda passim*
k 120 121
Y (=l) 56
∠ (=l) 60
X/ (=ll) 111
И (=n) 119
H (=n) 324
◇ (=o) 119 146 191 *cet.*
ꟼ (=q) 138
ϙ (=q) 328
ꝛ (=q) 33 142
C (=qu) 142
R *formis variis* 82 119
Λ (=r *cursiva*) 304
ƨ (=s) 84
ɼ (=s) 358
ꝗ (=t 119 128 382
U (=v) 65 138
Ч 100 328
Ч 65
Y 56
Y (=u) 56
ч (=u) 236
ɥ (=u) 526
U (=336) *et* V *iuxta usurp.* 55 336
V (=us) 299
VV (=w) 190
X *latin. pro* x *graeca posita in telesticho* 385
φ (=y) 115
Ξ (=z) 190
scriptura uncialis 294

XV. GRAMMATICA

a *et* e: a *pro* e: consacrata 115bis; Sabastianus 90
e *pro* a: Iesabille 324; mane (=mannah) 156; *Se[muel] 34 (*S. p.* 19); Stefenus 63
a *et* au: Agustus 2 26 29 71 91 305; exadi 386
a *et* o: octagensima 123
ae *et* e: ae *pro* e *in adverbio*: religiosae 413 (*cf. auct. Suppl.*) *in abl. decl. quintae*: diae 45 316 330; pridiae 45 316; *in voc. decl. secundae*: Aloiosae 204
alibi: aeclesia (aeclisia 304) 5 304; aep(iscopu)s 135^{a}; aera 34^{a} 44 45 71 72 113 304; praesbiter 69; praetiosus 144; quaeritur 398 (=165)
e *pro* ae: *in gen. dat. sing., nom. pl. decl. primae passim; in terminatione* -aeus *etc.*: Alfeus, [Barthol]omeus, Ma[tt]heus 353; Baccei 123; Bartolomeus 383; Chananeus 353; tropheum 384 (=149); [Z]acceus 152
alibi: edificat(a) 109; edificium 1; Emilianus 383; equam 412; etas 61 384 (=149) 400 (=171); eternus 389; ethera 390; etheriae 165; evum 378 412 413; cede 123; Cecilia 382; celestis, celum 49 86 130 361bis 389 400 (=171) (*sed recte caelum* 125, caeleste 142); Gallecia 379^{a}; he 192; hec 80 85 89 115 333 334 357 (=50) 362 384 (=149); leva 176; *Mecianus 421; penitens 29 33; penitentia 54 117; pr(a)e- *in* precelsus, precipio, precisus, predicans, preditus, preducens, predulcis, prefecit, prefui, prelatus, presens, prevenio 23^{a} 34 49 123 384 (=149)^{ter} 385bis 389 390bis 409ter 412bis 413; preconium 412; predo 123; premium 412; que 52 53 390; querulus 86; querunt 165; quoequandus 390; seba(=saeva) 385; seculum 2 12 33 49 384 (=149); sepe 389; tretrum 386
ae *et* oe: coelum (*iuxta* caelum) 125; poenitentia 33 43
αι *et* ε: Epenetus 405; κατάκιτε 315
αι *et* η; αι *pro* η: Μακριώταις 289
η *pro* αι: κατα[κί]τη 346 (=41)
b *in fine om.*: Zo(b), Zaco(b) 152
b *et* p: b *pro* p: abtus 336; babtista 80 88 89 115; lebra 336
p *pro* b *recte*: optulit 127
b *et* v: b *pro* v: *in terminatione perfecti* —bit *pro* —vit: 22bis 23^{a} (*S. p.* 19) 142 (*S. p.* 68) 148 385 389 390 398 (=165) 409bis *alibi*: Baccei 123; bivit 16; Bokatus 397; brebe 132; captibi 413; cibitate 76; deboret 386; fabillas 385; [l]abacrum 12; nobus, nobare 23^{a} (*S. p.* 19)^{bis} 409; obes 389; octabo 369 redibibus, seba 385; solberat 23^{a} (*p.* 120; *S. p.* 19); sublebamine 533; vibere 169
v *pro* b: arviter 385 386; devitum 12; (h)avebitis 375; redivit 403; Savinus 139; vis 409
c *om. inter* n *et* t: cuntis 12; santus 382
c *et* g: c *pro* g: aucmentare 354; [Ce]s(a)r(a)costa 108 (*S. p.* 54); docmate 361 362
g *pro* cc; eglesia 401 (=172)
c *et* k: Bokatus 397, *sed* calendae 86 101 (*S. p.* 54) 138; miki 156 (*S. p.* 74 mihi)
c *et* q: c *pro* q: cuater? 142; cue? 142bis; cuinos? 142 (*S. p.* 68); cuod? 142; recuiescit 186 (*S. p.* 82)
c *pro* qu: cinqu(e) 22
qu *pro* c: Quiricus (=Cyri(a)cus?) 85; quoequandus 390
c *pro* s: mence 328
c *pro* t: gracia 413; Marcias 354 *362; precium 413; tercia *362
d *et* t: d *pro* t: ad 385; adque 361; floread 55; reliquid 409
t *pro* d *recte*: aput 192; set 142
di *pro* z: baptidiatus 103
e *ante* s *impuram*: *Estephanus 57 175; Ἐστέφανος 178; expectara (=*spectra*) 10
ε *pro* η: κ(υ)ρίας, σωτερίας 177; πρε[σ]τρίτε 348

XVI. NOTABILIA VARIA

XVII. INITIA FALSARVM VEL SVSPECTARVM

XVIII. RECENSVS INSCRIPTIONVM IN ADDITAMENTIS CORRECTARVM AVT ITERVM EDITARVM

2 S. p. 3
3 S. p. 3
7 S. p. 3
9 S. p. 3
10 S. p. 3
11 S. p. 3
12 S. p. 3
13 S. p. 3
17 S. p. 17
18 = 325
20 = 328, *cf. auct. Suppl.*
21 S. p. 3
23 S. p. 19
23a p. 120; S. p. 19
29 S. p. 19
30 = 341
31 S. p. 19
33 S. p. 19
34 S. p. 19
34a S. p. 19
36 S. p. 19
38 S. p. 19
40 S. p. 19
41 = 346
43 S. p. 19
44 S. p. 19; *cf. auct. Suppl.*
49 S. p. 41
50 = 357
51 S. p. 41
54 S. p. 41
55 S. p. 41
57 S. p. 41
60 S. p. 41
61 S. p. 41
64 S. p. 41
65 S. p. 41
66 S. p. 41
68 S. p. 41
75 S. p. 41
76 S. p. 41 2
85 S. p. 42
86 S. p. 42
87 S. p. 42
88 S. p. 42
96 S. p. 54; = 335 = 533
97 S. p. 54
100 S. p. 54
101 S. p. 54
102 S. p. 54
103 S. p. 54
108 S. p. 54
110 S. p. 56
111 S. p. 56
115 S. p. 58
116 S. p. 58
117 S. p. 58
118 S. p. 58
122 S. p. 58
123 S. p. 58
124 S. p. 58
125 S. p. 58
126 S. p. 58
128 S. p. 58
129 S. p. 58
130 S. p. 59
132 S. p. 59
135 S. p. 65
136 S. p. 67
141 S. p. 68
142 S. p. 68
143 S. p. 68
144 S. p. 68; S. p. 133
145 S. p. 68
146 S. p. 68; S. p. 133
147 S. p. 68
148 S. p. 68
149 = 384
152 S. p. 72
153 S. p. 73
154 S. p. 74
155 S. p. 74
156 S. p. 74
157 S. p. 74
158 S. p. 74
159 S. p. 74
160 S. p. 74
161 S. p. 74
162 S. p. 74
163 S. p. 74
165 = 398
171 = 400
172 = 401
173 = 402
174 S. p. 74
175 S. p. 74/5
176 S. p. 75
181 = 407
186 S. p. 82
193 S. p. 91

196 S. p. 91
197 = 432
198 S. p. 91
216 S. p. 97
217 p. 120
218 p. 120
219 p. 120; S. p. 97
221 S. p. 97
222 S. p. 97
223 S. p. 97
226 S. p. 97
228 S. p. 97
230 p. 120
240 S. p. 97
245 S. p. 97
247 S. p. 97
248 S. p. 97
250 S. p. 97
251 S. p. 97
252 S. p. 97
254 S. p. 97
255 S. p. 97
258 S. p. 97
260 p. 120
261 S. p. 98
262 = 485
264 S. p. 98
266 S. p. 98
272 S. p. 98
276 S. p. 98
281 S. p. 98
285 S. p. 98
286 S. p. 98
289 S. p. 56
290 = 457
291 = 456
292 = 454
314 S. p. 133
325 = 18
328 = 20; *cf. auct. Suppl.*
335 = 96 = 533
341 = 30 (*non* 12) *cf. auct. Suppl.*
346 = 41
349 = 15*
350 S. p. 133
351 S. p. 133
357 = 50
364 *cf. auct. Suppl.*
389 = 149
391 = 73*
395 *cf. auct. Suppl.*
397 = 72*; S. p. 133
398 = 165
400 = 171
401 = 172
402 = 173
407 = 181; *cf. auct. Suppl.*
pro 412 *scribe* 411
pro 413 *scribe* 412
413 *cf. auct. Suppl.*
432 = 197
452 *scribe* 451[a]
453 *scribe* 451[b]
454 = 292
456 = 291
457 = 290
464 *cf. auct. Suppl.*
466 *cf. auct. Suppl.*
472 *cf. auct. Suppl.*
484 *cf. auct. Suppl.*
485 = 262
508 *cf. auct. Suppl.*
522 *cf. auct. Suppl.*
533 = 96 = 335

FALSAE

1* *cf. auct. Suppl.*
7* *cf. auct. Suppl.*
13* *genuina, cf. auct. Suppl.*
15* = 349
19* *cf. auct. Suppl.*
20* *cf. auct. Suppl.*
37* Iberica MLI u. LIII
72* = 397
73* = 391
80* *cf. auct. Suppl.*
88* *cf. auct. Suppl.*